EPICTETEÆ
PHILOSOPHIÆ
MONVMENTA.

TOM. III.

EPICTETI
DISSERTATIONVM
AB ARRIANO DIGESTARVM
LIBRI IV.

EIVSDEM ENCHIRIDION,
ET
EX DEPERDITIS SERMONIBVS
FRAGMENTA.

Post IO. VPTONI aliorumque curas,
denuo ad Codicum Msstorum fidem recensuit, Latina
Versione, Adnotationibus, Indicibus
illustravit

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER,
Argentoratensis,
Instituti Literarii Reip. Gallofrancorum Socius.

TOMVS TERTIVS.

ENCHIRIDION, FRAGMENTA, INDICES.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCXCIX.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

EPICTETI MANVALE

Ex recensione et interpretatione

JOANNIS VPTONI.

Notabiliorem Lectionis Varietatem adjecit

JOH. SCHWEIGHÆUSER.

ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ.

ΚΕΦ. α΄.

Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ᾽ ἡμῖν, τὰ δὲ 1
οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν. ἐφ᾽ ἡμῖν μὲν, ὑπόληψις, ὁρμὴ,
ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ἡμέτερα
ἔργα· οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις,
δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα
ἔργα. Καὶ τὰ μὲν ἐφ᾽ ἡμῖν ἐστι φύσει ἐλεύ- 2
θερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα· τὰ δὲ οὐκ

Cap. I. 1. ὁρμή. Poſt hanc vocem, ἀφορμὴ inſeruit Villebr. δόξαι. δόξα dant codices nonnulli. 2. Poſt ἐλεύθερα, Villebr. εὐσθενῆ inſeruit, non niſi ex uno quidem cod. ſed eo bonæ notæ. ἀπαρεμπόδιστα. ἀπαραπόδιστα ſcribo cum aliis.

EPICTETI MANVALE.

CAP. I. (*Ed. Wolf. C. 1—5.*)

Rerum aliæ quidem in noſtrâ poteſtate ſunt, aliæ vero in noſtrâ poteſtate non ſunt. in noſtrâ ſunt poteſtate, opinio, impetus, appetitio, averſatio, atque uno verbo, quæcunque noſtra ſunt opera: in noſtrâ poteſtate non ſunt, corpus, poſſeſſio, gloria, magiſtratus, atque uno verbo, quæcunque noſtra non ſunt opera. Ac ea quidem quæ in noſtrâ ſunt poteſtate, naturâ ſunt libera, quæ prohiberi & impediri nequeant: quæ vero in noſtrâ non ſunt

ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια.
3 Μέμνησο οὖν ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα
οἰηθῇς, καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ,
πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ Θεοὺς καὶ
ἀνθρώπους· ἐὰν δὲ τὸ σὸν, μόνον οἰηθῇς σὸν
εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότριον.
οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει,
οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινὶ, ἄκων
πράξεις οὐδὲ ἓν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν
4 οὐχ ἕξεις· οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ. Τηλι-
κούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ
μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ
μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι
πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτ' ἐθέλῃς, καὶ
ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τού-
των

ἀσθενῆ, δοῦλα. Inverso ordine, δοῦλα, ἀσθενῆ, scribit idem cod. qui supra ἐλευθ. ὑσθ. dedit. 3. Verba οὐδείς σε βλάψει delenda censuerunt Mer. Casaub. et Villebr. 4. οὐδὲ μετρίως. Deleo οὐδὲ cum Vill. ἀλλὰ τὰ μὲν. ἄλλων δὲ τὰ μὲν ed. Vill. lubrica auctoritate. Commodum quidem foret τῶν ἄλλων δὲ. πρὸς τὸ παρόν. πρὸς τὸ παρὸν, καὶ προ-

potestate, imbecilla, serva, quae prohiberi possint, aliena. Memento igitur, si, quae naturâ serva sunt, libera putâris; & aliena quae sunt, propria; fore ut impediaris, lugeas, perturberis, Deos hominesque incuses: sin id quod tuum est, solum tuum esse putâris; & quod alienum, uti revera est, alienum; nemo te coget unquam, nemo prohibebit, non incusabis quenquam, nec culpabis, nihil ages invitus, nemo te lædet, inimicum non habebis; neque enim noxium quid patieris. Cum itaque tanta expetas, memento non oportere mediocriter commotum ea attingere; sed alia omnino mittere, alia in præsens differre. si autem & ista expetas, & magistratum gerere,

των τεύξῃ, διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι· πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων εὐδαιμονία καὶ ἐλευθερία περιγίνεται. Εὐθὺς οὖν πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα ἐξέταζε τοῖς κανόσι τούτοις, οἷς ἔχεις· πρώτῳ δὲ τούτῳ καὶ μάλιστα, πότερον περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ἢ περὶ τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. κἂν περί τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ, πρόχειρον ἔστω τὸ, διότι οὐδὲν πρός σε.

ἡγουμένους τοῦ ἐπιμελεῖσθαι. ed. Meib. & Vill. εὐδαιμ. καὶ ἐλευθ. Inverse scribo ἐλευθερία καὶ εὐδαιμονία. 5. φαντασίᾳ τραχείᾳ. Alii τραχ. φαντ. ἐξέταζε τοῖς κανόσι. Plenius cum Meib. & Vill. scribo ἐξέταζε αὐτὴν, καὶ δοκίμαζε τοῖς καν. Dein commode nonnulli τοῖς κανόσιν οἷς ἔχεις, absque τούτοις. διότι οὐδὲν. ὅτι οὐδὲν ed. Vill. πρός σε. Scribo πρὸς ἐμέ cum Vill.

gerere, et dives esse; fortasse neque hæc ipsa consequere, quippe qui priora ista quoque expetas. illa certe nullo modo consequeris, quibus solis felicitas ac libertas comparatur. Statim igitur omni aspero viso responsare stude, ac dicere, Visum es, ac nullo modo id quod esse videris. deinde explora illud atque examina, iis, quas habes, regulis; hac autem primâ regulâ vel maxime, utrum circa ea versetur quæ in nostrâ potestate sunt, aut quæ in nostrâ potestate non sunt, quod si circa aliquod eorum versetur, quæ in nostrâ potestate non sunt, promptum hoc esto, Nihil ad te.

CAP. II.

ΚΕΦ. β'.

1 Μέμνησο ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τὸ ἐπι-
τυχεῖν οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως δὲ ἐπαγγελία, τὸ
μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ, ὃ ἐκκλίνεται· καὶ ὁ μὲν
ἐν ὀρέξει ἀποτυγχάνων, ἀτυχής· ὁ δὲ ἐν ἐκκλί-
σει περιπίπτων, δυστυχής. ἂν μὲν οὖν μόνα
ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι, οὐδενὶ ὧν
ἐκκλίνῃς περιπέσῃ. νόσον δ' ἂν ἐκκλίνῃς, ἢ θά-
2 νατον, ἢ πενίαν, δυστυχήσεις. Ἆρον οὖν τὴν
ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ με-
τάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. τὴν
ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε.
ἄν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινος, ἀτυ-
χεῖν

CAP. II. 1. Initio, brevius sic lego: Μέμν. ὅτι ὀρέξεως ἐπαγγελία, ἐπιτυχία οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως ἐπαγγελία &c. ὁ μὲν ἐν ὀρέξει — ὁ δὲ ἐν ἐκκλίσει. Vtrobique præpositionem ἐν ignorant longe plerique libri. ὃ ἐκκλίνεται. ᾧ ἐκκλίνεις ed. Vill. ὧν ἐκκλίνῃς. ὧν ἂν ἐκκλίνῃς ed. Vill. ὧν ἐκκλίνεις scribo cum Meib. & aliis. περιπέσῃ. περιπεσεῖ scribo cum Meib.

CAP. II. (*Ed. Wolf. C. 6.*)

Appetitionis eam esse pollicitationem memento, fore ut consequaris quod appetas; aversationis autem pollicitationem, fore ut in id non incidas, quod averseris; & quidem eum, quem appetitio frustratur, infortunatum esse; qui vero in id incidit quod aversetur, calamitosum. si itaque ea sola aversere, quæ eorum naturæ, quæ in tuâ potestate sunt, repugnant; in eorum, quæ averseris, nihil incides. at si morbum averseris, aut mortem, aut paupertatem, eris calamitosus. Aufer igitur aversationem ab omnibus quæ in nostrâ potestate non sunt, eamque transfer ad ea quæ naturæ eorum, quæ in nostrâ sunt potestate, adversantur. appetitionem vero prorsus in præsens tolle. nam si quicquam eorum, quæ in nostrâ non sunt

χεῖν ἀνάγκη· τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὐδὲν οὔπω σοι πάρεστι. μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν χρῶ· κούφως μέντοι, καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

ΚΕΦ. γ'.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρασχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο ἐπιλέγειν, ὁποῖόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν σμικροτάτων ἀρχόμενος. ἂν χύτραν στέργῃς, ὅτι χύτραν στέργεις· κατεαγείσης γὰρ αὐτῆς, οὐ ταραχθήσῃ. ἂν παιδίον σαυτοῦ καταφιλῇς ἢ γυναῖκα, ὅτι ἄνθρω-

τῶν δ' ἐφ' ἡμῶν. τῶν τε ἐφ' ἡμῖν scribo. ὅσων. Alii ὅσον, quod probavit Heyn. οὐδὲν οὔπω σοι. οὐδὲν οὐδέπω σοι scribo cum Meib. et Heyn. Nonnulli οὐδέπω σοι, absque οὐδέν.

CAP. III. χρείαν. χρείας ed. Meib. παρασχόντων. παρεχόντων scribo. ὁποῖόν ἐστιν. ὁποῖόν γε ἐστὶν ed. Vill. ἀρχόμενος. ἀρξάμενος scr. cum Heyn. χύτραν στέργεις. χύτραν στέργω scr. cum Vill. γὰρ αὐτῆς. Omittunt nonnulli αὐτῆς. παιδίον σαυτοῦ. ἑαυτοῦ ed. Vill. ἀνθρ. καταφιλεῖς. ἄνθρω-

ſunt poteſtate, appetas, infortunatum te eſſe neceſſe eſt: ex iis autem, quæ in noſtrâ poteſtate ſunt, nihil, quod honeſte appetas, adhuc tibi adeſt. at impetu ſolo & declinatione utere; verum leviter, & cum exceptione, & remiſſe.

CAP. III. (*Ed. Wolf. C.* 8.)

Singulis in rebus, quæ vel animum oblectant, vel uſui inſerviunt, vel diliguntur, memento verbis ſubjicere, cujusmodi ſint; à minutiſſimis exorſus. ſi ollam diligas, dic te ollam diligere: nam eâ confractâ non perturbaberis. ſi puellum tuum oſculere, aut uxorem,

σου καταφιλῇς· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ οὐ ταραχθήσῃ.

ΚΕΦ. δ'.

Ὅταν ἅψασθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπόμνησον σεαυτὸν, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἔργον. ἐὰν λουσόμενος ἀπίῃς, πρόβαλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν βαλανείῳ· τοὺς ἀποῤῥαίνοντας, τοὺς ἐγκρουομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας· καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλέγῃς, ὅτι εὐθὺς λούσασθαι θέλω, καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι. καὶ ὡσαύτως ἐφ᾽ ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἄν τι

σου καταφιλῶ ed. Vill. ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ. Deleo αὐτοῦ.

CAP. IV. Ὅταν ἅπτεσθαι scribo; et dein ὑπομίμνησκε σεαυτόν. ὁποῖόν ἐστι. ὁποῖόν τι ἐστὶ ed. Vill. πρόβαλε. προβάλλε scr. cum Meib. & Vill. ἀποῤῥαίνοντας. ἀποῤῥέοντας ed. Heyn. ἐγκρουομένους. ἐνσειομένους Meib. ἐπιλέγῃς, ὅτι εὐθύς. Cum Meib. et Vill. scribo, ἐπιλέγῃς εὐθὺς, ὅτι &c. εὐθὺς ἐπιλέγῃς, ὅτι ed. Heyn. λούσασθαι θέλω, καὶ. ἐθέλω ed. Vill. Forsan λούσασθαι θέλω, θέλω δὲ καί. Ni malueris, καὶ λούσασθαι θέλω, καὶ etc. quod habet unus e codd. Paris. Post ἑκάστου ἔργου punctum minus ponit Meib. addisque

uxorem, subde, te hominem osculari: nam eo mortuo non perturbaberis.

CAP. IV. (*Ed. Wolf. C.* 9.)

Opus aliquod aggressurus, ipse tibi in memoriam revoca, cujusmodi sit illud opus. si lavatum abieris, ea tibi proponito quæ fiunt in balneo; alios perfundi, alios loco pelli, alios convicia facere, alios furari: atque ita tutius rem aggredieris, si hæc verba subdas, Lavare statim volo, meamque voluntatem naturæ congruentem servare, et similiter in singulis operibus. sic enim, si quid inter lavandum impedimenti

τι πρὸς τὸ λούσασθαι γένηται ἐμποδὼν, πρόχειρον ἔσται, ὅτι οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν τηρῆσαι· οὐ τηρήσω δὲ, ἐὰν ἀγανακτῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

ΚΕΦ. ε'.

Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. οἷον, ὁ θάνατος οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ θανάτου, ὅτι δεινὸν, ἐκεῖνο τὸ δεινόν ἐστιν. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, ἢ ταραττώμεθα, ἢ λυπώμεθα, μηδέποτε ἄλλους αἰτιώμεθα, ἀλλ' ἑαυτοὺς, τουτέστι τὰ ἑαυτῶν δόγματα. Ἀπαι-

A 5 δεύτου

οὐ διαμαρτήσεις. ἐμποδών. Alii ἐμποδίζον, alii ἐμπόδιον. ὅτι οὐ τοῦτο. τὸ, ὅτι οὐ τοῦτο ed. Vill. Ego probavi διότι, Ἀλλ' οὐ τοῦτο μόνον.

CAP. V. ὁ θάνατος. Articulum alii omittunt. τὸ περὶ θανάτου. τὸ περὶ τοῦ θαν. scribo cum Meib. & Heyn. ὅτι δεινόν. διότι δεινὸν scribo. ταραττώμεθα. συνταρασσώμεθα ed. Vill. ἄλλους αἰτιώμεθα. ἄλλον αἰτ. scribo cum Meib.

menti accidat, promptum erit, Non hoc volebam tantum, sed & voluntatem meam naturae consentaneam servare: non servabo autem, si ea quae fiunt, aegre tulero.

CAP. V. *(Ed. Wolf. C. 10.)*

Perturbant homines non res ipsae, sed de rebus decreta. verbi caussa, mors nihil terribile est, alioquin et Socrati ita visum esset: sed decretum de morte, esse aliquid terribile, hoc est illud terribile. cum itaque impedimur, aut perturbamur, aut tristamur, nunquam alium incusemus, sed nos ipsos, hoc est, nostra

δεύτου ἔργον, τὸ ἄλλοις ἐγκαλεῖν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς· ἠργμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ· πεπαιδευμένου, τὸ μήτ' ἄλλῳ, μήθ' ἑαυτῷ.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ προτερήματι. εἰ ὁ ἵππος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν ἄν, ὅτι καλός εἰμι, οἰστὸν ἂν ἦν. σὺ δ' ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἵππον καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. Τί οὖν ἐστι σόν; Χρῆσις φαντασιῶν. Ὥσθ' ὅταν ἐν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν σχῇς, τηνικαῦτα ἐπαρθήσῃ· τότε γὰρ ἐπὶ σῷ τινι ἀγαθῷ ἐπαρθήσῃ.

ΚΕΦ.

CAP. VI. ἔλεγεν ἄν. Deleo ἂν cum Meib. ἐπὶ ἵππῳ. ἐπὶ ἵππου ſcribo. ἐπὶ τοῦ ἵππου ed. Heyn. ἐφ' ἵππου ed. Vill. τηνικαῦτα ἐπαρθήσῃ. τηνικαῦτα ἐπάρθητι ſcribo cum Vill. τηνικ. εὐλόγως ἐπαρθήσῃ ed. Meib. Vocem εὐλόγως deinde poſt σῷ τινι ἀγαθῷ inſeruit Vill. invitis libris.

ſtra decreta. Alios incuſare, ob quæ ſibi male eſt, hominis eſt ineruditi; ejus qui erudiri cœpit, ſeipſum; eruditi, neque alios, neque ſeipſum.

CAP. VI. (*Ed. Wolf. C. 11.*)

Ob nullam alienam efferaris præſtantiam: ſi equus ſeſe efferens diceret, Pulcher ſum, ferendum id eſſet. tu vero cum dicis ſuperbiâ elatus, Pulchrum equum habeo; ſcito te ob pulchrum equum ſuperbire. Quid igitur tuum eſt? Uſus viſorum. Quapropter cum in uſu viſorum ſecundum naturam es affectus, tum vero te efferes: tum enim tuo aliquo bono ſuperbies.

CAP.

ΚΕΦ. ζ.

Καθάπερ ἐν πλῷ, τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, ἂν ἐξέλθῃς ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργόν ἐστι, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξασθαι ἢ βολβάριον· τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι, μή τοι γε ὁ κυβερνήτης καλέσῃ· καὶ τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι, ἵνα μὴ δεδεμένος ἐμβληθῇς, ὡς τὰ πρόβατα· οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ, ἐὰν διδῶται ἀντὶ βολβαρίου καὶ κοχλιδίου γυναικάριον καὶ παιδίον, οὐδὲν κωλύσει· ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον, ἀφεὶς ἐκεῖνα ἅπαντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ γέρων ᾖς, μηδὲ ἀπαλλαγῇς ποτε τοῦ πλοίου μακρὰν, μήποτε καλούμενος ἐλλίπῃς.

CAP. VII. ἂν ἐξέλθῃς. εἰ ἐξέλθοις fcribo. Mox. fcr. ὁδοῦ μὲν πάρεργον, καὶ κοχλίδιον ἀναλέξῃ, καὶ βολβάριον. ἢ καὶ βολβ. ed. Vill. μή τοι γε. μή ποτε fcribo. μή τοι σε ed. Meib. et Vill. ὁ κυβερν. καλέσῃ. Nonnulli καλῇ. Forfan καλῇ σε legendum. καὶ τότε πάντα. κᾂν καλέσῃ, πάντα &c. fcribo cum Meib. et Heyn. κᾂν καλέσῃ, τότε πάντα ed. Vill. μηδὲν ἐπιστρεφόμενος. μηδὲ ἐπιστρ. fcribo. μήποτε καλούμενος. μήποτε καλοῦντος fcr. cum Meib. et Vill.

CAP. VII. (*Ed. Wolf. C.* 12.)

Quemadmodum in navigando, ubi ftationem navis nacta eft, fi aquatum exieris, fit obiter quidem ut cochleolam colligas aut bulbulum; animo autem in navigium intento effe oportet, & continenter refpicere, an gubernator vocet; & tum ifta omnia relinquere oportet, ne vinctus, ad inftar ovium, in navim conjiciaris. fic quoque in vitâ, fi pro bulbo & cochleolâ, uxorcula & puellus detur, nihil prohibebit, cum autem gubernator vocarit, curre ad navim, relictis illis omnibus, nihil refpiciendo. quod fi fenex fis, cave unquam longius a navi recedas, ne quando vocatus, deficias.

ΚΕΦ. η'.

Μὴ ζήτει τὰ γενόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις, ἀλλὰ θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὐροήσεις.

ΚΕΦ. θ'.

Νόσος, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. χώλανσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ. καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε· εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινος ἐμπόδιον, σοῦ δὲ οὔ.

ΚΕΦ. ι'.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν προσπιπτόντων μέμνησο ἐπιστρέφων ἐπὶ σεαυτὸν ζητεῖν, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς

CAP. VIII. τὰ γενόμενα. Immo τὰ γινόμενα, ut ed. Meib. Heyn. et Vill. θέλε γίνεσθαι τὰ γινόμενα. Deleo h. l. verbum γίνεσθαι. Nonnulli ſic ſcribunt, ἀλλὰ θέλειν ὡς τὰ γινόμενα γίνεται, et ſic ed. Meib.

CAP. IX. σοῦ δὲ οὔ. σὺν δὲ οὔ ſcribo cum Vill.

CAP VIII. (*Ed. Wolf. C.* 13.)

Ne quæras ea quæ fiunt fieri ut vis; ſed fieri velis quæ fiunt, ut fiunt; & tranquillo vitæ curſu uteris.

CAP. IX. (*Ed. Wolf. continuatio C.* 13.)

Morbus, corporis eſt impedimentum; voluntatis non item, niſi ipſa velit. claudicatio, cruris eſt impedimentum; voluntatis non item. atque hoc ſingulis quæ incidunt rebus ſubjice: illas enim alterius cujusdam impedimentum invenies; tui vero nequaquam.

CAP. X. (*Ed. Wolf. C.* 14.)

Quicquid inciderit, memento ad te converſus inquirere, quam facultatem ad illius uſum habeas. ſi quem

πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. ἐὰν καλὸν ἴδῃς ἢ καλήν, εὑρήσεις δύναμιν πρὸς ταῦτα ἐγκράτειαν. ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις καρτερίαν· ἂν λοιδορία, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐθιζόμενόν σε οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

ΚΕΦ. ια΄.

Μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτὸ, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. ἡ γυνὴ ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφηρέθη; οὔκουν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη; Ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. Τί δέ σοι μέλει, διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπήτησε; μέχρι δ' ἂν διδῷ, ὡς ἀλλοτρίου αὐτοῦ ἐπιμελοῦ, ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες.

ΚΕΦ.

CAP. XI. Quatuor verba ἡ γυνὴ ἀπεθ. ἀπεδόθ. deſunt in ed. Meib. τὸ χωρίον ἀφηρέθη; ἀφηρέθη ſcribo, absque interrogatione. οὔκουν. οὐκοῦν ſcr. cum Meib. & Vill. deleta interrog, poſt ἀπεδόθη. μέχρι δ' ἂν διδῷ. Alii διδῶται, quod probat Heyne. ἀλλοτρίου αὐτοῦ. ἀλλοτρίων αὐτῶν ed. Vill. prob. Heyn.

quem formoſum formoſamve videris, facultatem ad hæc invenies, continentiam. ſi labor objectus fuerit, tolerantiam invenies: ſi convicium, patientiam. atque ſic adſuetum non te abripient ſecum viſa.

CAP. XI. (*Ed. Wolf. C.* 15.)

Nunquam de aliqua re te perdidiſſe dicas, ſed reddidiſſe. filiolus obiit? redditus eſt. uxor obiit? reddita eſt. prædium eſt ereptum? ergo & hoc redditum. At improbus eſt qui eripuit. Quid id tua refert, per quem is qui dederit repetierit? quamdiu autem habere dederit, tanquam alienæ rei ipſius curam habeto; ut hoſpitii, viatores.

CAP.

ΚΕΦ. ιβ΄.

1 Εἰ προκόψαι θέλεις, ἄφες τοὺς τοιούτους δια-
λογισμούς· Ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμῶν, οὐχ ἕξω
διατροφάς· ἐὰν μὴ κολάσω τὸν παῖδα, πονη-
ρὸς ἔσται. κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν, ἄλυ-
πον καὶ ἄφοβον γενόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις
ταρασσόμενον. κρεῖττον δὲ, τὸν παῖδα κακὸν
2 εἶναι, ἢ σὲ κακοδαίμονα. Ἄρξαι τοιγαροῦν ἀπὸ
τῶν σμικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἐλάδιον; κλέπτεται
οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι τοσούτου πωλεῖται ἀπά-
θεια, τοσούτου ἀταραξία· προῖκα δὲ οὐδὲν πα-
ραγίνεται. ὅταν δὲ καλῇς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ ὅτι
δύναται μὴ ὑπακοῦσαι· καὶ ὑπακούσας, μηδὲν
ποιῆσαι ὧν θέλεις. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐ-

τῷ

CAP. XII. 1. διαλογισμούς. ἐπιλογισμ. scribo. κρεῖσσον γάρ. γάρ ἐστι ed. Meib. 2. οἰνάριον. τὸ οἰνάριον scr. cum Meib. et Vill. παραγίνεται. περιγίνεται scr. cum Heyn. et Vill. Forsan verum fuerit simplex γίνεται μὴ ὑπακοῦσαι. καὶ μὴ ὑπακ. ed. Vill. καὶ ὑπακούσας. Alii ἢ ὑπακούσας. ἢ καὶ ὑπακ. ed. Vill. ἀλλ' οὐχ &c. Nonnulli καὶ οὐχ. Ego, ista ad praecedentia referens, sic scribo: μηδὲν ποιῆσαι ὧν θέλεις, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ, καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ &c.

CAP. XII. (*Ed. Wolf. C.* 16 & 17.)

Si proficere velis, huiusmodi cogitationes missas facito: Si mea neglexero, non erit unde vivam: nisi puerum castigâro, malus erit. satius enim est fame emori, moeroris ac metus expertem, quam copiis omnium rerum abundantem animo vivere perturbato. satius quoque est, puerum esse malum, quam te infelicem. A parvis igitur auspicare. effunditur parum quod habes olei? villum surripitur? subjice tibi, Tanti vaenit perturbationum vacuitas, tanti tranquillitas; gratis vero nihil acquiritur. cum autem puerum vocas, cogita posse ipsum non audire; &, si audierit, nihil eorum agere quae velis. at

non

τῷ καλῶς· ὅλως δὲ σοὶ καλῶς· ἵνα ἐπ᾿ ἐκείνῳ ᾖ, τό σε μὴ ταραχθῆναι.

ΚΕΦ. ιγ΄.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ὑπόμεινον, ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἀνόητος δόξαι, καὶ ἠλίθιος. μηδὲν βούλου δοκεῖν ἐπίστασθαι. κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις, ἀπίστει σεαυτῷ. ἴσθι γάρ, ὅτι οὐ ῥᾴδιον, καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν σεαυτοῦ κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι, καὶ τὰ ἐκτός· ἀλλὰ τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι πᾶσα ἀνάγκη.

ΚΕΦ. ιδ΄.

Ἐὰν θέλῃς τὰ τέκνα σου, καὶ τὴν γυναῖκα, 1
καὶ τοὺς φίλους σου πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ· τὰ

deletis quatuor verbis ὅλως δέ σοὶ καλῶς. Verba ista tenentes Heyn. et Vill. sic pergunt, ἵνα ἐπ᾿ ἐκείνῳ μὴ ᾖ (vel, ἵνα μὴ ἐπ᾿ ἐκείνῳ ᾖ) τὸ σε ταραχθῆναι.

CAP. XIII. ἀνόητος. Alii ἄνους. δόξαι. δόξας scribo. μηδὲν βούλου. καὶ μηδὲν βούλου ed. Vill. προαίρεσιν τὴν σεαυτοῦ. προαίρεσιν αὐτοῦ ed. Meib. τὸν ἑτέρου ἐπιμελ. τοῦ ἑτέρου scribo. τὸν θατέρου ed. Vill.

CAP. XIV. 1. Ἐὰν θέλῃς. Ἂν θέλῃς ed. Meib. et sic rursus infra ἂν δὲ θέλῃς. τοὺς φίλους σου. σου deest in ed. Meib.

non ei tam bene est, (tibi vero omnino bene,) ut ipse efficiat, te non perturbari.

CAP. XIII. (*Ed. Wolf. C.* 18.)

Si proficere vis, perfer si ob externas res amens ac fatuus videaris. nihil velis videri scite; & si quibus esse aliquis videare, ipse tibi diffidito. scito enim, non facile esse, & voluntatem suam naturae consentaneam servare, & res externas; sed omnino necesse esse, ut, qui alterum curet, alterum negligat.

CAP. XIV. (*Ed. Wolf. C.* 19 et 20.)

Si velis liberos tuos & uxorem & amicos, semper vivere, stultus es. nam quae in tua potestate non sunt,

τὰ γὰρ μὴ ἐπί σοι, θέλεις ἐπί σοι εἶναι· καὶ τὰ ἀλλότρια, σὰ εἶναι. οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ· θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλό τι. ἐὰν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύ-
2 νασαι. τοῦτο οὖν ἄσκει, ὃ δύνασαι. Κύριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου θελομένων, ἢ μὴ θελομένων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιῆσαι ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φευγέτω τι τῶν ἐπ' ἄλλοις· εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη.

ΚΕΦ. ιε'.

Μέμνησο, ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ, δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατά σε; ἐκτεί-

μὴ ἐπί σοι, θέλεις ἐπί σοι εἶναι. Vtrobique ἐπὶ σοὶ ſcribo, cum emphaſi; & ſic fere mssti libri. 2. περιποιῆσαι. περιποιῆσαί τι ed. Vill.

CAP. XV. ὅτι ὡς ἐν συμπ. Nonnulli ὅτι, absque ὡς. Vnus codex ὡς dat, absque ὅτι. Forſ. Μέμνησο, πῶς (vel ὅπως) ἐν συμπ. *Memento, quo pacto in convivio &c.* δεῖ σε.

ſunt, ea in poteſtate tuâ eſſe vis, & aliena, eſſe tua. ſic quoque ſi puerum peccare non vis, fatuus es. vis enim vitium non eſſe vitium, ſed aliud quidpiam. ſi autem velis appetens aliquid, eo non excidere, hoc potes. quod potes igitur, hoc exerce. Cujusque dominus is eſt, qui ea quæ ipſe vult, aut non vult, poteſtatem habet vel conferendi vel auferendi. quisquis igitur liber eſſe vult, nec velit quidquam, nec fugiat, ex iis quæ in aliorum ſunt poteſtate: alioquin, ſervire neceſſe eſt.

CAP. XV. (*Ed. Wolf. C. 21.*)

Memento oportere te, tanquam in convivio, verſari. aliquid quod circumfertur ad te devenit? porrectâ manu

ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν· ἀλλὰ περίμενε, μέχρις ἂν γένηται κατά σε. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχὰς, οὕτω πρὸς πλοῦτον, καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος τῶν Θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλὰ καὶ ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν Θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι, ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου ἢ ἀποθανόντος, ἢ ἀπολωλεκότα τὰ

Inverſe σε δεῖ ſcribo cum Meib. ἀλλὰ καὶ ὑπερίδῃς: ἀλλ' ὑπερίδῃς ſcribo.

CAP. XVI. ἴδῃς τινά. τινὰ omittunt nonnulli. ἢ ἀποθανόντος. Deleo hæc cum Heyn. et Meib. ἀπολωλεκότα. ἀπολωλεκό-

manu modeſte percipe. præterit? ne detineas. nondum venit? ne longe appetitionem extendito; ſed expecta, donec ad te venerit. ſic erga liberos te gere, ſic erga uxorem, ſic erga magiſtratus, ſic erga divitias; et aliquando eris dignus Deorum conviva. quod ſi etiam propoſita tibi non acceperis, ſed deſpexeris, non modo conviva Deorum, ſed et collega eris. ſic enim cum facerent Diogenes et Heraclitus, atque his ſimiles, merito et divini erant, et dicebantur.

CAP. XVI. (*Ed. Wolf. C.* 22.)

Cum ejulantem aliquem videris in luctu, ſive peregre profecto filio ſive mortuo, ſeu rebus amiſſis, cave ne

τὰ ἑαυτοῦ, πρόσεχε, μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ τοῖς ἐκτός· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἔστω πρόχειρον, ὅτι τοῦτον θλίβει οὐ τὸ συμβεβηκός· ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει· ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτου. μέχρι μέν τοι λόγου μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν οὕτω τύχῃ, καὶ συνεπιστενάξαι. πρόσεχε μέν τοι, μὴ καὶ ἔσωθεν στενάξῃς.

ΚΕΦ. ιζʹ.

Μέμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχὺ, βραχέος· ἂν μακρὸν, μακροῦ· ἂν πτωχὸν ὑποκρίνεσθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλὸν,

τος Meib. διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν. Deletis quinque verbis, temere, huc invectis, lego ἀλλ' εὐθὺς ἔστω πρόχειρον. τὸ περὶ τούτου. Alii τὰ περὶ τούτων. καὶ συνεπιστενάξαι. Omittit καὶ Villebr. πρόσεχε. Nonnulli προσέχειν.

CAP. XVII. οἵου ἂν. Alii οἷον ἄν. ὑποκρίνεσθαί σε. ὑποκρίνασθαί σε scribo.

ne te visum unà abripiat, cum in malis ille sit externis: sed statim apud te distingue, & in promptu esto dicere; Non hunc torquet id quod accidit; quippe alium non torquet; sed quod de eo est decretum. ne tamen pigeat sermone tenus illi teipsum accommodare, atque adeo, si res ita tulerit, simul ingemiscere. cave vero, ne etiam intrinsecus gemas.

CAP. XVII. (*Ed. Wolf. C. 23.*)

Memento te actorem esse, cujuscunque magister velit, fabulæ; si brevis, brevis; si longa, longæ: si pauperem agere te velit, ut & hanc personam ingeniose agas;

λὸν, ἂν ἄρχοντα,' ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστὶ, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου.

ΚΕΦ. ιή.

Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε, ὅτι τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου, ἢ τῷ δοξαρίῳ, ἢ τοῖς τέκνοις, ἢ τῇ γυναικί· ἐμοὶ δὲ πάντα αἴσια σημαίνεται, ἐὰν ἐγὼ θέλω. ὅ, τι γὰρ ἂν τούτων ἀποβαίνῃ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ.

CAP. XVIII. κεκράγῃ. κράξῃ Meib. τούτων ἐμοὶ οὐδέν. Al. τούτων οὐδὲν ἐμοί. ἀλλ' ἢ τῷ σωμ. ἀλλὰ τῷ σωμ. ed. Meib. absque ἢ. κτησιδίῳ μου. κτησιδίῳ μου ſcribo. μου deeſt ed. Vill. δοξαρίῳ. Addo μου cum Meib. ἀπ' αὐτοῦ. ὑπ' αὐτοῦ ed. Meib.

ages; ſi claudum, ſi magiſtratum, ſi plebeium. hoc enim tuum eſt, datam perſonam bene agere; eam autem eligere alterius.

CAP. XVIII. (*Ed. Wolf. C.* 24.)

Corvus cum inauſpicatum crocitarit, ne te viſum unà abripiat; ſed ſtatim apud te diſtingue, & dic, Nihil mihi iſtorum portenditur, ſed aut corpuſculo meo, aut reculæ meæ, aut gloriolæ meæ, aut liberis, aut uxori: mihi autem fauſta omnia portenduntur, ſi ego voluero. quicquid enim iſtorum evenerit, in meâ eſt poteſtate, ut ex iis fructum capiam.

ΚΕΦ. ιθ΄.

1 Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι, ἐὰν εἰς μηδένα ἀγῶνα
2 καταβαίνῃς, ὃν οὐκ ἔστιν ἐπὶ σοὶ νικῆσαι. Ὅρα
οὖν μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ μέγα δυνάμενον, ἢ ἄλλως εὐδοκιμοῦντα, μακαρίσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συναρπασθείς. ἐὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ ᾖ, οὔτε φθόνος, οὔτε ζηλοτυπία χώραν ἕξει. σὺ δὲ αὐτὸς οὐ στρατηγὸς, οὐ πρύτανις ἢ ὕπατος εἶναι θελήσῃς, ἀλλ' ἐλεύθερος· μία δὲ ὁδὸς πρὸς τοῦτο, καταφρόνησις τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

ΚΕΦ. κ΄.

Μέμνησο, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ὅταν

CAP. XIX. 2. Ὅρα οὖν. Deleo οὖν cum Heyn. et Vill. μέγα δυνάμενον. Pleræque edit. μεγαλοδυναμούμενοι, nullâ prorſus auctoritate. χώραν ἕξει. σὺ δὲ &c. Scribo χώραν ἔχει· σύ τε &c. θελήσῃς. θελήσεις ſcribo cum Meib.

CAP. XX. ἢ τύπτων. ἢ ὁ τύπτων ſcr.

CAP. XIX. (*Ed. Wolf. C.* 25 & 26.)

Invictus eſſe potes, ſi in nullum certamen deſcendas, quo in tuâ poteſtate non eſt vincere. Vide igitur, ne, ſi quem honore, aut potentiâ evectum, aut alioqui florentem videris, illum beatum prædices, à viſo unà abreptus. ſi enim in iis, quæ in noſtrâ poteſtate ſunt, ſubſtantia boni eſt; nec invidia, nec æmulatio locum habebit. tu vero ipſe non imperator, non præfectus, aut conſul eſſe voles, ſed liber: unica autem via eo ducit, contemptus eorum quæ in noſtrâ poteſtate non ſunt.

CAP. XX. (*Ed. Wolf. C.* 27.)

Memento, non eum qui convicietur aut verberet, injuriam facere; ſed quod de his eſt decretum, tanquam

ὅταν οὖν ἐρεθίσῃ σέ τις, ἴσθι ὅτι ἡ σή σε ὑπόληψις ἠρέθισε. τοιγαροῦν ἐν πρώτοις πειρῶ, ὑπὸ τῆς φαντασίας μὴ συναρπασθῆναι. ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ διατριβῆς τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ.

ΚΕΦ. κα'.

Θάνατος, καὶ φυγὴ, καὶ πάντα τὰ ἄλλα τὰ δεινὰ φαινόμενα, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν· μάλιστα δὲ πάντων ὁ θάνατος. καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

ΚΕΦ. κβ'.

Εἰ φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς, παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησο-

B 3 μένων

ἐρεθίσῃ σέ τις. Nonnulli σέ τι. ἠρέθισε. Rectius putavi ἠρέθικε.

CAP. XXI. πάντα τὰ ἄλλα. Deleo τὰ ἄλλα. οὐδέπ. ταπεινόν. Scribo οὐδὲν οὐδέποτε οὔτε ταπ. ἐνθυμήσῃ. Recte ἐνθυμηθήσῃ ed. Heyn. et Vill.

CAP. XXII. Εἰ φιλοσ. ἐπιθ. Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; ed. Vill.

quam injuriam facientibus. cum igitur te aliquis irritârit, ab opinione tua te irritatum eſſe ſcito. quapropter in primis tenta, ne a viſo una abripiaris. nam ſi ſemel tempus & moram nactus fueris, facilius ipſe tibi imperabis.

CAP. XXI. (*Ed. Wolf. C.* 28.)

Mors, et exilium, et omnia quæ terribilia videantur, ob oculos tibi quotidie verſentur: maxime vero omnium mors. neque quidquam unquam humile cogitabis, neque quidquam nimis cupies.

CAP. XXII. (*Ed. Wolf. C.* 29.)

Si philoſophiæ te amor tenet, ſtatim accingere tanquam ridiculus futurus, tanquam multi te naſo ſuspenſuri

μένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ σχῇς· τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. μέμνησο δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σου πρότερον, αὐτοί σε ὕστερον θαυμάσονται· ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

ΚΕΦ. κγ΄.

Ἐάν ποτέ σοι γένηται ἔξω στραφῆναι, πρὸς τὸ βούλεσθαι ἀρέσαι τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ἔνστασιν. ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφος· εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει τῷ εἶναι, σαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ.

ΚΕΦ.

cum al. τὴν τάξιν. τὴν χώραν scribo cum Vill. μέμνησο δὲ, ὅτι. Probavi μέμνησό τε, διότι. πρότερον. τὸ πρότερον scribo. θαυμάσονται. θαυμάσουσιν ed. Vill.

CAP. XXIII. δοκεῖν βούλει τῷ εἶναι. τῷ εἶναι scribunt superio-

pensuri sint, ac dicturi, Repente philosophus nobis rediit: et, Unde hoc nobis supercilium? tu vero supercilium ne habeto; sed quæ tibi optima videntur, ita retine, tanquam qui a Deo in hunc ordinem sis collocatus. memento autem si in iisdem permanseris, eos qui te antea deridebant, postea te admiraturos; at duplo majori risu te exceptum iri, si illis vincaris.

CAP. XXIII. (*Ed. Wolf. C.* 30.)

Si quando ad externa te converti acciderit, ut alicui placere velis, scito te vitæ institutum perdidisse. quare in omnibus rebus illud tibi satis sit, te esse philosophum; quod si etiam alicui philosophus esse videri velis, tibiipsi videre, et satis erit.

CAP.

ΚΕΦ. κδ'.

Οὗτοί σε οἱ διαλογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν, Ἄτιμος 1
ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. εἰ γὰρ ἀτι-
μία ἐστὶ κακὸν, οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι'
ἄλλον, οὐ μᾶλλον ἢ ἐν αἰσχρῷ. Μήτι οὖν τὸ
σὸν ἔργον ἐστὶν, τὸ ἀρχῆς τυχεῖν; ἢ παρα-
ληφθῆναι ἐφ' ἑστίασιν; Οὐδαμῶς. Πῶς οὖν ἔτι
τοῦτ' ἐστὶν ἀτιμία; πῶς δὲ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ,
ὃν ἐν μόνοις εἶναί τινα δεῖ τοῖς ἐπί σοι, ἐν οἷς
ἔξεστί σοι εἶναι πλείστου ἀξίῳ; Ἀλλά σοι οἱ 2
φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται; Τί λέγεις τὸ ἀβοή-
θητοι; οὐχ ἕξουσι παρά σου ἀργύριον, οὐδὲ πο-

res edit. et msti, et cum sequentibus jungunt. Duo verba delevit Vill. Ego, ut suspecta, uncis includo. καὶ ἱκανὸς ἔσῃ. Nonnulli, καὶ ἱκανόν ἐστι.

CAP. XXIV. 1. βιώσομαι. Al. ἔσομαι. Al. διαβιώσομαι. εἰ γὰρ ἀτιμία. εἰ γὰρ ἡ ἀτιμία scribo cum Meib. ἐστὶ κακόν. Addunt alii, ὥσπερ ἐστὶν, et sic ed. Vill. δι' ἄλλον. Temere δι' ἄλλου ed. Vill. Μήτι οὖν τὸ σὸν &c. Μήτι ἐστὶν οὖν σὸν ἔργον, ed. Meib. Mihi placuit Μή τι οὖν σόν ἐστιν ἔργον, ἐφ' ἑστίασιν. Temere Vill. εἰς συμβουλίαν ἢ ἐφ' ἑστίασιν. ἔτι τοῦτ' ἐστὶν. ἐπὶ τούτοις ἐστὶν ed. Vill. 6. ἀργύριον. κερμάτιον scribo.

CAP. XXIV. (*Ed. Wolf. C.* 31.)

Hæ te cogitationes ne adfligant, Ignobilis ego vivam, & nullius existimationis usquam. si enim ignobilitas malum est, non potes in malo esse per alium, non magis quam in turpi. Nunquid ergo tuum est opus magistratum consequi? aut, convivio accipi? Minime. Quomodo ergo etiam ignobilitas hoc censeri potest? quomodo etiam nullius existimationis eris usquam, quem in iis solis, quæ in tuâ potestate sunt, aliquem esse oportet, in quibus tibi quantivis esse pretii licet? At amici sine auxilio mihi relinquentur. Quid vocas, sine auxilio? non argen-

λίτας Ῥωμαίων αὐτοὺς ποιήσεις. τίς οὖν σοι εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν, οὐχὶ δὲ ἀλλότρια ἔργα; τίς δὲ δοῦναι δύναται ἑτέρῳ, ἃ
3 μὴ ἔχει αὐτός; Κτῆσαι οὖν, Φασὶν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. Εἰ δύναμαι κτήσασθαι, τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστὸν, καὶ μεγαλόφρονα, δεικνύετε τὴν ὁδὸν, καὶ κτήσομαι. εἰ δ' ἐμὲ ἀξιοῦτε τἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵν' ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσησθε, ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄνισοί ἐστε καὶ ἀγνώμονες. τί δὲ καὶ βούλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον, ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα; εἰς τοῦτο οὖν μοι μᾶλλον συλλαμβάνετε, καὶ μὴ δι' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτά με πράσ-
4 σειν ἀξιοῦτε. Ἀλλ' ἡ πατρίς, Φησιν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ,

Ῥωμαίων αὐτούς. Placuit inverse scriptum αὐτοὺς Ῥωμαίων. 3. Κτῆσαι οὖν, Φασίν. Φησὶν scribo cum Heyn. et Vill. quod et Vpt. voluit. δεικνύετε. δείκνυε scr. ἀποβαλῶ αὐτὸ, ταῦτά με. Scribo ἀποβαλῶ αὐτὰ ταῦτα, ἐκεῖνά με. 4. Post ἀβοήθητος ἔσται, addit Villebr. hæc verba, πειθομένῳ σοι, καὶ τῶν ἐκτὸς ὡς ἀλλοτρίων καταφρονοῦντι, quæ e Simplicii

tum abs te habituri sunt; nec eos in Romanam civitatem adscribes. & quis tibi dixit, hæc ex iis esse quæ in nostrâ sunt potestate, ac non potius aliena opera? quis autem alii dare potest, quæ ipse non habet? Compara igitur, aiunt, ut & nos habeamus. Si possim comparare, conservatâ verecundiâ, fide, & magnanimitate, monstrate viam, & comparabo. sin id a me postuletis, ut meamet ego bona perdam, quo vos, quæ bona non sunt, acquiratis, videte vos ipsi, quomodo iniqui sitis & desipientes. utrum autem mavultis? pecuniamve, an amicum fidum & verecundum? in hoc ergo potius mihi opitulamini; non autem ea, quibus perdam istud, me agere postulate. At patria, inquit, quantum in meâ

ἐμοὶ, ἀβοήθητος ἔσται. Πάλιν, ποίαν ταύτην βοήθειαν; στοὰς οὐχ ἕξει διά σε, οὔτε βαλανεῖα; καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. ἱκανὸν δὲ, ἐὰν ἕκαστος ἐκπληρώσῃ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον. εἰ δὲ ἄλλον τινὰ αὐτῇ κατεσκεύαζες πολίτην πιστὸν καὶ αἰδήμονα, οὐδὲν ἂν αὐτὴν ὠφελεῖς; Ναί. Οὐκοῦν οὐδὲ σὺ αὐτὸς ἀνωφελὴς ἂν εἴης αὐτῇ. Τίνα οὖν ἕξω, φησὶ, χώραν ἐν τῇ πόλει; Ἣν ἂν δύνῃ φυλάττων ἅμα τὸν πιστὸν καὶ αἰδήμονα. εἰ δ' ἐκείνην ὠφελεῖν βουλόμενος, ἀποβαλεῖς ταῦτα, τί ὄφελος ἂν αὐτῇ γένοιο, ἀναιδὴς καὶ ἄπιστος ἀποτελεσθείς;

Comment. a nonnullis huc erant invecta. *ποίαν ταύτην*. *ποίαν καὶ ταύτην* scribo cum Vill. *διά σε*. Rectius *διά σέ*, cum accentu. Temere *διὰ σοῦ* edidit Villebr. Idemque dein *διὰ τοῦ χαλκέος*, & *διὰ τοῦ σκυτέος*. *αὐτὴν ὠφελεῖς;* *αὐτὴν ὠφέλεις* scribo. 5. *ἕξω, φησὶ, χώραν*. *φησὶ, χώραν ἕξω* ed. Heyn. et Vill. *φησὶν, ἕξω χώραν* ed. Meib. *τὸν πιστόν*. *σεαυτὸν πιστὸν* ed. Meib. & Vill. *ἀποβαλεῖς*. Commode nonnulli *ἀποβάλλεις*.

meâ potestate situm est, auxilio carebit. Rursus, quod tu istud vocas auxilium? porticus per te non habebit, nec balnea? & quid hoc ad te? neque enim calceos habet per fabrum ferrarium, neque arma per sutorem. satis vero fuerit, suo quemque fungi munere. at si quem alium ei civem parares, fidum & verecundum, nihilne illam javares? Ita vero. Proinde ne tu quidem patriæ fueris inutilis. Quem locum igitur, inquit, in civitate tenebo? Quemcunque possis, simul fidum te, ac verecundum servans. quod si, dum illi prodesse vis, haec perdas, quam illi utilitatem afferes, qui impudens & infidus evaseris?

ΚΕΦ. κε΄.

1 Προετιμήθη σου τὶς ἐν ἑστιάσει, ἢ ἐν προσαγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβουλίαν; εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι, χαίρειν σε δεῖ, ὅτι ἔτυχεν αὐτῶν ἐκεῖνος· εἰ δὲ κακά, μὴ ἄχθου, ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. μέμνησο δὲ, ὅτι οὐ δύνασαι, μὴ ταὐτὰ ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν
2 τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι. πῶς γὰρ ἴσον ἔχειν δύναται, ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς, τῷ φοιτῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι; ὁ μὴ ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι; ἄδικος οὖν ἔσῃ, καὶ ἄπληστος, εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ
3 βουλήσῃ λαμβάνειν. Ἀλλὰ πόσου πιπράσκονται θρίδα-

CAP. XXV. 1. Προετιμήθη. Alii Ἐὰν προτιμηθῇ. ὅτι σὺ αὐτῶν οὐκ ἔτυχες. Nonnulli, ὅτι σὺ μὴ ἔτυχες. absque αὐτῶν. ὅτι οὐ δύνασαι, Iidem, διότι σὺ οὐ δύνασαι. τῶν ἴσων ἀξ. τῶν ἴσων ἐκείνῳ ἀξιοῦσθαι ed. Vill. 2. εἰ μὴ προϊέμενος. εἰ μὴ προϊέμενος ed. Heyn. & Vill. Mox, pro ταῦτα, ταὐτὰ ed. Vill. invitis mss.

CAP XXV. (*Ed. Wolf.* C. 32.)

Est tibi praelatus aliquis in convivio, aut salutatione, aut in adsumtione ad consilium? si quidem haec bona sunt, gratulari debes illi, cui ea contigerint: sin mala, ne doleas, te illa non adeptum. memento autem, haud posse te, non eadem facientem ad consequenda illa quae in nostrâ potestate non sunt, aequalia mereri. quomodo vero tantundem habere potest, qui fores alicujus non frequentat, quantum qui frequentat? qui non deducit, quantum qui deducit? qui non laudat, quantum qui laudat? injustus igitur eris & inexplebilis, si non numerato eo pretio quo illa veneunt, gratis illa accipere velis. At quanti

θρίδακες; Ὀβολοῦ, ἂν οὕτω τύχῃ. Ἂν οὖν τις προϊέμενος τὸν ὀβολὸν, λάβῃ θρίδακας, σὺ δὲ μὴ προϊέμενος, μὴ λάβῃς, μὴ οἴου ἔλαττον ἔχειν τοῦ λαβόντος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει θρίδακας, οὕτω σὺ τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐκ ἔδωκας. τὸν αὐτὸν 4
δὴ τρόπον καὶ ἐνταῦθα. οὐ παρεκλήθης ἐφ' ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ καλοῦντι, ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον· ἐπαίνου δ' αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ. δὸς οὖν τὸ διαφέρον, εἴ σοι λυσιτελεῖ, ὅσου πωλεῖται. εἰ δὲ κἀκεῖνα θέλεις μὴ προΐεσθαι, καὶ ταῦτα λαμβάνειν, ἄπληστος εἶ καὶ ἀβέλτερος. οὐδὲν οὖν ἔχεις ἀντὶ τοῦ δείπνου; 5
ἔχεις μὲν οὖν, τὸ μὴ ἐπαινέσαι τοῦτον, ὃν οὐκ ἤθελες· τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου.

ΚΕΦ.

3. Bis, pro προϊέμενος, προέμενος scribo cum Heyn. & Vill. ἔλαττον ἔχειν. ἔχειν ἐλάττον ed. Meib. ἔλασσον ἔχειν ed. Vill. τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐκ ἔδωκας. Placet ὃν οὐ δέδωκας, quod habent nonnulli. τὸν ὀβολὸν οὐκ ἔδωκας absque ὃν ed. Meib. 4. καὶ ἐνταῦθα. κἀνταῦθα ed. Meib. & Heyn. ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον. πόσου πωλεῖται τ. δ. ed. Heyn. ὅσου πωλεῖ τὸ δ. scribo cum Vill. δὸς οὖν τὸ διαφ. Omittunt nonnulli οὖν, percommode. διαφέρον. διάφορον scribo. 5. αὐ-

quanti væneunt lactucæ? Obolo fortasse. Si quis igitur dato obolo, lactucas acceperit; tu autem pretio non numerato, non acceperis, haud minus eo qui accepit te habere putes: ut enim ille lactucas habet, sic tu obolum quem non dedisti. ad eundem modum & hic se res habet. ad convivium alicujus non es vocatus? neque enim dedisti quanti cœna vænit; atqui laude eam vendit, ministerio vendit. da igitur pretium, si e re tua est, quanti vænit. quod si nec illa vis præstare, & hæc accipere, inexplebilis es & stolidus. nihil igitur cœnæ vice habes? immo habes; quod non laudaris quem nolebas; quod in ingressu ejus insolentiam non toleraris.

CAP.

ΚΕΦ. κϛ΄.

Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν, ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. οἷον, ὅταν τοῦ γείτονος παιδάριον κατεάξῃ τὸ ποτήριον, ἢ ἄλλό τι, πρόχειρόν ἐστιν εὐθὺς λέγειν, ὅτι τῶν γινομένων ἐστίν. ἴσθι οὖν, ὅτι ὅταν καὶ τὸ σὸν κατεαγῇ, τοιοῦτον εἶναί σε δεῖ, ὁποῖον ὅτε καὶ τὸ τοῦ ἄλλου κατεάγη. οὕτω μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. τέκνον ἄλλου τέθνηκεν, ἢ γυνή; οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἂν εἴποι, ὅτι ἀνθρώπινον. ἀλλ' ὅταν τὸ αὐτοῦ τινος ἀποθάνῃ, εὐθὺς,

τοῦ ἐπὶ τῆς εἰσόδου. αὐτοῦ τῶν ἐπὶ τῆς εἰσόδου scribo. τῶν αὐτοῦ, τῶν ἐπὶ τῆς εἰσόδου παρεινιῶν. ed. Villebr.

CAP. XXVI. οὐ διαφερ. πρὸς ἀλλήλους. Verba πρὸς ἀλλήλους abjecit Vill. ὅταν τοῦ γείτονος παιδάριον. Sic & Vill. ὅταν τοῦ γείτονος ἄλλο παιδ. ed. Meib. ὅταν τοῦ ἄλλου παιδ. ed. Heyn. Ego probavi ὅταν ἄλλου παιδάριον. ἢ ἄλλο τι. Deleo hæc verba cum Meib. & Heyn. πρόχειρόν ἐστιν. Deleo verbum ἐστιν. τὸ σὸν κατεαγῇ. Perperam κατεάγῃ ed. Vill. τὸ τοῦ ἄλλου κατεάγη. Mendose cum subscripto iota κατεάγῃ expressum erat in Vptoniano exemplo. Perperam h. l. κατεαγῇ ed. Vill. ὅτι ἀνθρώπινον. Nonnulli διότι ἀνθρ. τὸ αὐτοῦ τινός. τὸ αὐτοῦ τινος scribo.

CAP. XXVI. (*Ed. Wolf. C.* 33.)

Naturæ consilium ex iis rebus, de quibus nulla inter nos controversia est, cognosci potest: exempli gratia; si vicini puer poculum aut aliud quid fregerit, promptum statim est dicere, Ex iis hoc est quæ fiunt. scito igitur, cum & tuum fractum fuerit, talem te esse oportere, qualis eras cum alterius frangeretur. sic illa ad majora transfer. alterius obiit filius, aut uxor? nemo est, quin dicat, Humanum est. at cum suus cujusque obiit, statim, Hei mihi, me

θύς, Οἴμοι, τάλας ἐγώ! ἐχρῆν δὲ μεμνῆσθαι, τί πάσχομεν, περὶ ἄλλων αὐτὸ ἀκούσαντες.

ΚΕΦ. κζ'.

Ὥσπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται.

ΚΕΦ. κη'.

Εἰ μὲν τὸ σῶμά σου ἐπέτρεπέ τις τῷ ἀπαντήσαντι, ἠγανάκτεις ἄν· ὅτι δὲ σὺ τὴν γνώμην τὴν σεαυτοῦ ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, ἵνα, ἐὰν λοιδορήσηταί σοι, ταραχθῇ ἐκείνη, καὶ συγχυθῇ, οὐκ αἰσχύνῃ τούτου ἕνεκα;

ΚΕΦ.

αὐτὸ ἀκούσαντες. Temere τοῦτό ed. Vill.

CAP. XXVII. πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται. Alii οὐ τίθεται πρὸς τὸ ἀποτ.

CAP. XXVIII. ἐπέτρεπέ τις. τις ἐπέτρεπε scribo. ἀπαντήσαντι. ὑπαντήσαντι ed. Vill. Extrema verba, τούτου ἕνεκα, ad sequens Caput retulit Villebr. cum Meib.

me miserum! Meminisse autem oportebat, quomodo affecti simus, cum de aliis idem audimus.

CAP. XXVII. (*Ed. Wolf. C.* 34.)

Quemadmodum aberrandi caussâ scopus non ponitur; sic nec mali natura in mundo existit.

CAP. XXVIII. (*Ed. Wolf. Contin. C.* 34.)

Siquidem corpus tuum aliquis obvio cuique concederet, indignareris: at quod mentem tuam cuivis concèdis, ut, cum convitiatur tibi, hæc turbetur, ac confundatur, non te hac de caussâ pudet?

CAP.

ΚΕΦ. κθʹ.

1 Ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ
ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό. εἰ
δὲ μὴ, τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἥξεις, μηδὲν
τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος· ὕστερον δὲ, ἀναφανέν-
2 των τινῶν αἰσχρῶν, αἰσχυνθήσῃ. Θέλεις Ὀλύμ-
πια νικῆσαι; Κἀγὼ, νὴ τοὺς Θεούς· κομψὸν
γάρ ἐστιν. Ἀλλὰ σκόπει καὶ τὰ καθηγούμενα,
καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ οὕτως ἅπτου τοῦ ἔργου.
δεῖ σ' εὐτακτεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμ-
μάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ἐν ὥρᾳ τε-
ταγμένῃ, ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν
πίνειν, μὴ οἶνον, ὡς ἔτυχεν· ἁπλῶς, ὡς ἰατρῷ
παρα-

CAP. XXIX. 1. Ἑκάστου ἔργου. Ἐφ' ἑκάστου ἔργ. ed. Heyn. & Villebr. ἀκόλουθα αὐτοῦ. Nonnulli αὐτῷ, quod rectius videtur. Pronomen prorſus abeſt in Diſsert. lib. III. cap. 15. unde totum hoc Caput ductum eſt. προθύμως ἥξεις. ἥξεις προθύμως ed. Vill. μηδὲν τῶν ἑξῆς. ἅτε μηδὲν ſcribo. ἀναφαν. τινῶν αἰσχρῶν αἰσχυνθήσῃ Partim ex msstis, partim ex Wolfii conjectura, ſcribo, ἀναφανέντων δυσχερῶν τινων, αἰσχρῶς ἀποστήσῃ. 2. σκόπει καὶ τὰ καθηγ. Deleo καὶ cum Meib. δεῖ σ' εὐτακτεῖν. Pronomen omittunt alii. ἀναγκοφαγεῖν. ἀναγκοτροφεῖν reſtituo cum Heyn. ὡς ἔτυχεν. ὅτ' ἔτυχεν

CAP. XXIX. (*Ed. Wolf. C.* 34 & 35.)

Cujusque operis antecedentia ſpecta & conſequentia, & ſic illud aggredere. Alioqui alacriter primum accedes, nihil de iis cogitans quæ conſequentur: poſtea vero, ubi turpia quædam apparuerint, deſiſtes. Vis Olympia vincere? Et ego, per Deos: quippe praeclarum eſt. Sed conſidera antecedentia & conſequentia; & ſic opus aggredere. oportet te ordine omnia agere, coactum edere, abstinere cupediis, ex neceſſitate exerceri, conſtitutâ horâ, in æſtu, in frigore; frigidam non bibere, non vinum ut libuerit:

παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιστάτῃ· εἶτα εἰς
τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι· ἔστι δὲ ὅτε χεῖρα ἐκ-
βαλεῖν, σφυρὸν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν κατα-
πιεῖν· ἔσθ' ὅτε μαστιγωθῆναι, καὶ μετὰ ταῦ-
τα πάντα νικηθῆναι. Ταῦτα πάντα ἐπισκεψά- 3
μενος, ἐὰν ἔτι θέλῃς, ἔρχου ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν·
εἰ δὲ μὴ, ὡς τὰ παιδία ἀναστραφήσῃ, ἃ νῦν
μὲν παλαιστὰς παίζει, νῦν δὲ αὐλητὰς, νῦν δὲ
μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ· οὕ-
τω καὶ σὺ, νῦν ἀθλητὴς, νῦν δὲ μονομάχος, εἶτα
ῥήτωρ, εἶτα φιλόσοφος, ὅλῃ δὲ τῇ ψυχῇ οὐ-
δέν· ἀλλ' ὡς πίθηκος, πᾶσαν θέαν, ἐὰν ἴδῃς,
μιμῇ, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλου σοι ἀρέσκει. οὐ γὰρ
μετὰ

est in Dissert. εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι. Scribo ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι. Sic & Villebr. quod jam commendaverat Upt. ἔσθ' ὅτε μαστ. ἔσθ' ὅτε καὶ μαστ. ed. Heyn. μετὰ ταῦτα πάντα. μετὰ τούτων πάντων scribo. 3. Ταῦτα πάντα. Deleo πάντα cum Heyn. νῦν μὲν παλαιστὰς, νῦν μὲν ἀθλητὰς legitur in Diss. νῦν δὲ αὐλητάς. νῦν δὲ ἀθλητὰς ed. Vill. ut voluerat Upt. Deleo tria verba cum Heyn. εἶτα σαλπίζει. νῦν δὲ σαλπίζει scr. cum vett. libris omnibus. νῦν ἀθλητής. νῦν μὲν ἀθλητὴς scr. cum Heyn. & Vill. ὡς πίθηκος. ὡς ὁ πίθ. est in Diss. ἐὰν ἴδῃς. ἣν ἂν ἴδῃς scr. cum Vill.

rit: ad summam, magistro, tanquam medico, teipsum tradere oportet; deinde in certamen prodire; aliquando vero manum luxare, distorquere malleolum, multum pulveris deglutire; aliquando flagris cædi, & post hæc omnia vinci. his omnibus consideratis, si adhuc velis, ad athletas te confer; sin minus, puerorum instar circumagêris, qui nunc luctatores ludunt, nunc tibicines, nunc gladiatores; deinde tubâ canunt, mox tragœdum agunt: sic quoque tu, nunc athleta es, mox gladiator; nunc orator, deinde philosophus; toto autem animo nihil; sed tanquam simius, quodcunque videris, imitaris, aliudque ex alio tibi placet.

μετὰ σκέψεως ἦλθες ἐπί τι, οὐδὲ περιώδευσας·
4 ἀλλ' εἰκῇ, καὶ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν. οὕτω
θεασάμενοί τινες φιλόσοφον, καὶ ἀκούσαντες οὕ-
τω τινὸς λέγοντος, ὡς Εὐφράτης λέγει· καί τοι
τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος; θέλουσι
5 καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπί-
σκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα· εἶτα καὶ τὴν
σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι.
πένταθλος εἶναι βούλει, ἢ παλαιστής; ἴδε σεαυ-
τοῦ τοὺς βραχίονας, τοὺς μηρούς, τὴν ὀσφῦν κα-
6 τάμαθε. ἄλλος γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. δο-
κεῖς, ὅτι ταῦτα ποιῶν, ὡσαύτως δύνασαι ἐσθίειν,
ὡσαύ-

πᾶν ὃ ἂν ἴδῃς eſt in Diſſ. ἦλθες ἐπί τι. ἦλθες ἐπὶ τοὔργον ed. Heyn. περιώδευσας. περιοδεύσας ſcr. cum Meib. & Vill. 4. οὕτω τινὸς λέγοντος. τινὸς οὕτω λεγ. ed. Vill. ut eſt in Diſſert. ὡς Εὐφράτης λέγει. Olim ὡς εὖ Σωκράτης λέγει. Poſt λέγει exclamationis ſignum poſuit Villebr. καί τοι τίς οὕτω. καὶ, τίς οὕτω ed. Heyn. 5. τοὺς βραχίονας. Rectius videtur τοὺς ὤμους, quod eſt in Diſſ. ὀσφῦν ὀσφὺν ſcribo. Mox verbum κατάμαθε abeſt in Diſſert. ἄλλος γάρ. ἄλλο γὰρ ed. Vill. 6. ὅτι ταῦτα ποιῶν. Plenius ed. Vill. ex Diſſ. ὅτι ταῦτα ποιῶν δύνασαι φιλοσοφεῖν, δοκεῖς ὅτι ὡσαύτως &c. ut voluerat Upt. Sic vero commodum foret ὅτι ταὐτὰ ποιῶν &c. Poſt ὡσαύτως πίνειν, inſero ὁμοίως

placet. nec enim cum conſideratione ad aliquid veniſti, nec ut qui animo id perluſtrarit; ſed temere & ex frigidâ cupiditate. ſic quidam, cum philoſophum viderunt, et aliquem ita diſſerentem audiverunt, ut Euphrates diſſerit; enimvero quis ita diſſerere poteſt ut ille? volunt & ipſi philoſophari. Homo, primum conſidera, cujusmodi ſit res: deinde et naturam tuam inſpice, num ferre poſſis. quinquertio eſſe vis, aut luctator? aſpice brachia tua et femora; lumbos conſidera. alius enim ad aliud naturâ comparatus eſt. putasne, te hæc facientem eodem modo poſſe edere, eodem

ὡσαύτως πίνειν, ὁμοίως δυσαρεστεῖν; ἀγρυπνῆσαι δεῖ, πονῆσαι, ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀπελθεῖν, ὑπὸ παιδαρίου καταφρονηθῆναι, ἐν παντὶ ἧττον ἔχειν, ἐν τιμῇ, ἐν ἀρχῇ, ἐν δίκῃ, ἐν πραγματίῳ παντί. ταῦτα ἐπίσκεψαι, εἰ καὶ θέλεις ἀντικαταλ- 7
λάξασθαι τούτων ἀπάθειαν, ἐλευθερίαν, ἀταραξίαν. εἰ δὲ μὴ, πρόσεχε μὴ ὡς τὰ παιδία, νῦν φιλόσοφος, ὕστερον δὲ τελώνης, εἶτα ῥήτωρ, εἶτα ἐπίτροπος Καίσαρος γένῃ. ταῦτα οὐ συμφωνεῖ. ἕνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν εἶναι. ἢ τὸ ἡγεμονικόν σε δεῖ ἐξεργάζεσθαι τὸ σαυτοῦ, ἢ τὰ ἐκτός· ἢ περὶ τὰ ἔσω φιλοτεχνεῖν, ἢ περὶ τὰ ἔξω· τουτέστιν, ἢ φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν, ἢ ἰδιώτου.

ΚΕΦ.

ὀρέγεσθαι. Alii ὁμοίως ὀργίζεσθαι inferunt, quod vulgo in Diss. legitur. Post καταφρονηθῆναι, infero ὑπὸ τῶν ἀπαντώντων καταγελασθῆναι. 7. εἰ καὶ θέλεις. Cum Meib. deleo καὶ, quod invitis libris omnibus adjectum erat πρόσεχε. μὴ προσάγαγε scribo. νῦν φιλόσοφος. Commodius νῦν μὲν φιλ. legitur in Diss. Καίσαρος γένῃ. Deleo γένῃ. τάξιν ἐπέχειν. στάσιν ἔχειν ed. Meib.

eodem modo bibere, similiter fastidire? vigilare oportet, laborare, a familiaribus discedere, a servulo contemni; ubique inferiorem esse; in honore, in magistratu, in judicio, in omni negotiolo. hæc considera, num etiam pro his perturbationum vacuitatem, libertatem, tranquillitatem, permutare velis. quod si nolis, vide, ne puerorum instar, nunc philosophus, deinde publicanus, postea orator, denique Cæsaris procurator fias. hæc inter se non consonant: unum te hominem, aut bonum, aut malum, esse oportet; aut principalem tui partem te excolere oportet, aut externa; aut circa interiora occupari, aut circa exteriora; hoc est, aut philosophi locum tueri, aut plebeii.

ΚΕΦ. λ'.

Τὰ καθήκοντα, ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστιν; ὑπαγορεύεται, ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. Ἀλλὰ πατὴρ κακός ἐστι; Μήτι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει ᾠκειώθης; οὔ· ἀλλὰ πρὸς πατέρα. ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν τάξιν τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τί ἐκεῖνος ποιεῖ, ἀλλὰ τί σοι ποιήσαντι, κατὰ φύσιν ἡ σὴ ἕξει προαίρεσις. σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἂν μὴ σὺ θέλῃς. τότε δὲ ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι. οὕτως οὖν ἀπὸ τοῦ γείτονος,

ἀπὸ

CAP. XXX. *πατὴρ κακός ἐστι;* Commode nonnulli, *κακὸς ὁ πατήρ ἐστι; οὔ· ἀλλὰ πρὸς* &c. Deleo *οὔ* cum mss. & Vill. nec vero probo eumdem Villebr. ſupra pro *Μήτι*, *Μήτε* ſcribentem, & delentem interrogandi ſignum poſt *ᾠκειώθης*. Sed poſt *πατέρα* commode fortaſſe interrogatio pariter indicabitur. *ἀπὸ τοῦ γείτονος.* Plenius Vill. ſed parum feliciter, *ἀπὸ τοῦ γείτονος πρὸς τὸν γείτονα, ἀπὸ τοῦ πολίτου πρὸς τὸν πολίτην, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ πρὸς τὸν στρατηγὸν, τὸ καθῆκον* &c.

CAP. XXX. (*Ed. Wolf. C.* 37.)

Officia in univerſum relationibus menſurantur. pater eſt? dictatur, curam ipſius eſſe agendam, cedendum ei in omnibus, ferendum eſſe ſi convitietur, aut verberet. At pater malus eſt. Nunquid igitur bonum patrem Natura tibi proprium dicavit? non; ſed patrem. frater injurius eſt? ſerva igitur quam relationem ad ipſum obtines, nec ſpecta quid ille faciat, ſed quid tibi facturo propoſitum tuum ſecundum naturam adfectum erit, te quippe alius non lædet, niſi tu velis. tunc autem læſus eris, cum te lædi

putaris.

ἀπὸ τοῦ πολίτου, ἀπὸ τοῦ στρατηγοῦ, τὸ καθῆκον εὑρήσεις, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν.

ΚΕΦ. λα΄.

1 Τῆς περὶ τοὺς Θεοὺς εὐσεβείας, ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων, καὶ διοικούντων τὰ Ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· καὶ σεαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς, καὶ εἴκειν ἐν πᾶσι τοῖς γινομένοις, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ τοῖς Θεοῖς, οὔτε ἐγκαλέσεις ὡς ἀμελούμενος.
2 ἄλλως τε οὐχ οἷόν τε τοῦτο γίνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς τῶν οὐκ ἐφ'

C 2 ἡμῖν,

εὑρήσεις. Commode nonnulli ἐξευρήσεις. ἐθίζῃς. ἐθίζῃ scribo.

CAP. XXXI. 1. κατατεταχέναι. κατατεταχότων malim. εἴκειν ἐν πᾶσι. Deleo ἐν cum Vill. ὑπὸ τῆς ἀρίστης. Alii ἀπὸ τ. ἀ. rectius fortasse. ποτὲ τοῖς Θεοῖς. ποτὲ τοὺς Θεοὺς scr. cum Vill. 2. ἄλλως τε. Ἄλλως δὲ scribo cum Heyn. & Vill. ἀποστῇς. ἄρῃς ἀπὸ τῶν scribo.

putaris. sic igitur a vicino, a cive, ab imperatore, officium invenies, si relationes considerare adsueveris.

CAP. XXXI. (*Ed. Wolf. C.* 38.)

Ὅσοι τινὲς πρὸς τὰς συμφορὰς γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν, οὗτοι τῶν πόλεων καὶ ἰδιωτῶν κράτιστοί εἰσιν.

CLXI.

Οἱ πεπαιδευμένοι, καθάπερ οἱ ἐκ παλαίστρας, κἂν πέσωσι, ταχέως καὶ ἐπιδεξίως ἐκ τῆς ἀτυχίας ἐξανίστανται.

CLXII.

Τὸν λογισμὸν, ὥσπερ ἰατρὸν ἀγαθὸν, ἐπικαλεῖσθαι δεῖ ἐν ἀτυχίᾳ βοηθόν.

CLXIII.

Εὐτυχίας, ὥσπερ μέθης, ἄφρων ἐπὶ πλεῖον ἀπολαύσας, ἀνοητότερος γίνεται.

CLXIV.

admodum insipientes; sed ut Rationem, tanquam virtutis cultor, tristitiæ remedium habeas.

160.

Qui calamitatibus animo quidem minime contristantur, re ipsa vero maxime resistunt, ii & civitatum & privatorum sunt fortissimi.

161.

Eruditi, quemadmodum qui lucta valent, quamquam cadant, celeriter & dextre ex infortunio resurgunt.

162.

Rationis opem, ceu boni medici, in calamitate invocare oportet.

163.

Stultus bonæ fortunæ, tanquam ebrietatis voluptate, nimium fruens, stultior evadit.

164. For-

CLXIV.

Τῶν εὐτυχούντων ἀνταγωνιστὴς ὁ φθόνος.

CLXV.

Ὁ μεμνημένος τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐπ' οὐδενὶ τῶν συμβαινόντων δυσχεραινεῖ.

CLXVI.

Εἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι κυβερνήτου καὶ πνεύματος· εἰς δὲ τὸ εὐδαιμονῆσαι λογισμοῦ δεῖ καὶ τέχνης.

CLXVII.

Τῆς εὐτυχίας, ὥσπερ ὀπώρας, παρούσης ἀπολαύειν δεῖ.

CLXVIII.

Ἀλόγιστός ἐστιν ὁ ἐν τοῖς συμβαίνουσι κατὰ φυσικὴν ἀνάγκην ἀχθόμενος.

H 2 Sequun-

164.

Fortunatorum antagonista est invidia.

165.

Qui meminerit quid sit homo, nullam rem, quæcunque acciderit, ægre feret.

166.

Ad prospere navigandum gubernatore opus est & aurâ, ad felicitatem vero ratione & arte.

167.

Prosperitate, quemadmodum fructibus autumni, dum adest, frui oportet.

168.

Ratione caret, qui quæ naturali necessitate accidunt, indignanter ferre solet.

169. Re-

equuntur Fragmenta nonnulla Epicteti, ab Vptono Meibomioque prætermissa.

CLXIX.

Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἔθετο ὁ Θεὸς, τὰ δ' οὔκ. Ἐφ' ἡμῖν μὲν, τὸ κάλλιστον καὶ σπουδαιότατον, ᾧ δὴ καὶ αὐτὸς εὐδαίμων ἐστὶ, τὴν χρῆσιν τῶν φαντασιῶν. τοῦτο γὰρ ὀρθῶς γιγνόμενον, ἐλευθερία ἐστὶ, εὔροια, εὐθυμία, εὐστάθεια· τοῦτο δὲ καὶ δίκη ἐστὶ, καὶ νόμος, καὶ σωφροσύνη, καὶ σύμπασα ἀρετή. τὰ δ' ἄλλα πάντα οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐποιήσατο. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς συμψήφους χρὴ τῷ Θεῷ γενέσθαι, καὶ ταύτῃ διελόντας τὰ πράγματα, τῶν μὲν ἐφ' ἡμῖν [ἐπιμελεῖσθαι, τῶν δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν] ἐπιτρέψαι τῷ Κόσμῳ, καὶ, εἴτε τῶν παίδων δέοιτο, εἴτε τῆς πατρίδος, εἴτε τοῦ σώματος, εἴτε ὁτιοῦν, ἀσμένους παραχωρεῖν.

CLXX.

169.

Rerum alias in noſtra poteſtate poſuit Deus, alias non poſuit. In noſtra quidem poteſtate poſuit id quod præſtantiſſimum eſt graviſſimumque, quoque ipſe beatus eſt, uſum viſorum: ſiquidem is recte inſtitutus, libertas eſt, beatitudo, tranquillitas animi & ſtabilitas; ſimulque juſtitia, & lex, et temperantia, & qualibet virtus. Reliqua vero omnia in noſtra poteſtate non poſuit. Quapropter nos Deo ſuffragari decet, & iſta rerum diviſione utentes, earum quidem, quæ ſunt in poteſtate noſtra, curam gerere; quæ vero non ſunt, eas permittere Univerſo; ac, ſive liberos poſtulet, ſive patriam, ſive corpus, ſive quid aliud, lubentes concedere.

170.

CLXX.

Ἐπίκτητος, νεανίσκου τινὸς ἐν θεάτρῳ ἐναβρυνομένου, καὶ λέγοντος, ὅτι, Σοφός εἰμι, πολλοῖς γὰρ ὡμίλησα σοφοῖς, εἶπε· Κἀγὼ πολλοῖς πλουσίοις, ἀλλὰ πλούσιος οὐκ εἰμί.

CLXXI.

Ὁ αὐτὸς ἔφη· Οὐ καλὸν, πεπαιδευμένον ἐν ἀπαιδεύτοις διαλέγεσθαι, ὥσπερ οὐδὲ νήφοντα μεθύουσιν.

CLXXII.

Ἐπίκτητος ἐρωτηθεὶς, Τίς ἐν ἀνθρώποις πλούσιος, εἶπεν· Ὁ αὐτάρκης.

CLXXIII.

Ξανθίππης Σωκράτει τῷ ἀνδρὶ ἐπιτιμώσης, διότι λιτῶς παρεσκευάζετο ὑποδέξασθαι φίλους, εἶπεν· Εἰ μὲν ἡμέτεροί εἰσιν, οὐδὲν ἐκείνοις μελήσει· εἰ δὲ ἀλλότριοι, ἡμῖν περὶ αὐτῶν οὐδὲν μελήσει.

170.

Epictetus, cum juvenis in theatro gloriaretur, & sapientem se prædicaret, ut qui multis sapientibus conversatus esset, respondit: Et ego multis divitibus conversatus, non tamen dives sum.

171.

Idem dixit: Non debere doctum inter indoctos loqui, ut neque sobrium inter ebrios.

172.

Epictetus interrogatus, Quisnam hominum dives esset, respondit: Qui paucis contentus est.

173.

Xanthippe Socratem maritum suum increpante, quod tenuiter se ad amicos recipiendos præpararet, dixit: Si nostri fuerint, non curabunt: sin alieni, nos de ipsis non erimus soliciti.

CLXXIV.

Ἀλλὰ δὴ Σωκράτης, Ἀρχελάου μεταπεμπομένου αὐτὸν, ὡς ποιήσοντος πλούσιον, ἐκέλευσεν ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ, διότι Ἀθήνησι τέσσαρες εἰσι χοίνικες τῶν ἀλφίτων ὀβολοῦ ὤνιαι, καὶ κρῆναι ὕδατος ῥέουσιν. εἰ γάρ τοι μὴ ἱκανὰ τὰ ὄντα ἐμοὶ, ἀλλ' ἐγὼ τούτοις ἱκανὸς, καὶ οὕτω κἀκεῖνα ἐμοί. ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὅτι οὐκ εὐφωνότερον οὐδὲν, δι' ὧν Πῶλος τὸν τύραννον Οἰδίποδα ὑπεκρίνατο, ἢ τὸν ἐπὶ Κολωνῷ ἀλήτην καὶ πτωχόν; Εἶτα χείρων Πώλου ὁ γενναῖος ἀνὴρ φανεῖται, ὡς μὴ πᾶν τὸ περιτεθὲν ἐκ τοῦ δαιμονίου πρόσωπον ὑποκρίνασθαι καλῶς; οὐδὲ τὸν Ὀδυσσέα μιμήσεται, ὃς καὶ ἐν τοῖς ῥάκεσιν οὐδὲν μεῖον διέπρεπεν, ἢ ἐν τῇ οὔλῃ χλαίνῃ τῇ πορφυρᾷ.

CLXXV.

174.

Socrates, ab Archelao invitatus, ut qui ipsum ditare vellet, ei renunciari jussit, Athenis chœnices quatuor farinæ obolo venire, & fontes aquam fundere. Nam si res meæ, inquiebat, mihi non sufficiunt, at ego illis sufficio, & sic etiam ipsæ mihi. Aut nonne vides, Polum histrionem personam regis Oedipi non concinnius expressisse, quam eundem Oedipum in Colono exsulem & mendicum? Ergone deterior Polo erit vir ingenuus, ut non quamcumque a Deo sibi impositam personam recte agere sciat? neque Vlyssem imitabitur, qui laceris etiam pannis indutus, non minus decoræ gravitatis præ se ferebat, quam villosam illam purpureamque lænam gestans.

175. Quid

CLXXV.

Τί μοι μέλει, φησὶ, πότερον ἐξ ἀτόμων, ἢ ἐξ ὁμοιομερῶν, ἢ ἐκ πυρὸς καὶ γῆς συνέστηκε τὰ ὄντα; οὐ γὰρ ἀρκεῖ μαθεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, καὶ τὰ μέτρα τῶν ὀρέξεων καὶ ἐκκλίσεων, καὶ ἔτι ὁρμῶν καὶ ἀφορμῶν· καὶ τούτοις ὥσπερ κανόσι χρώμενον, διοικεῖν τὰ τοῦ βίου· τὰ δ' ὑπὲρ ἡμᾶς ταῦτα χαίρειν ἐᾶν; ἃ τυχὸν μὲν ἀκατάληπτά ἐστιν ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ· εἰ δὲ καὶ τὰ μάλιστα θῇ τις εἶναι καταληπτὰ, ἀλλ' οὖν τί ὄφελος καταληφθέντων; οὐχὶ δὲ διακενῆς πράγματα ἔχειν φατέον τοὺς ταῦτα ὡς ἀναγκαῖα τῷ τοῦ φιλοσόφου λόγῳ προσνέμοντας; Μή τι οὖν καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς παράγγελμα παρέλκον ἐστὶ, τὸ Γνῶθι σαυτόν; Τοῦτο δὲ μὲν οὔ· φησί. Τίς οὖν ἡ δύναμις αὐτοῦ; Εἰ χορευτῇ τις παρήγγελλε τὸ γνῶναι ἑαυτὸν, οὐκ ἂν ἐν τῇ προστάξει προσεῖχε τὸ ἐπιστραφῆναι.

 CLXXVI.

175.

Quid ad me, inquit, adtinet, an ex atomis, aut homoeomeriis, aut ex igne & aqua res omnes consistant? Nonne sufficit, boni malique essentiam cognoscere, & modum adpetitionum & declinationum, & agendi vel non agendi consiliorum; & hisce tamquam regulis utentem, instituere vitae actionem; ista vero, quae sunt supra nos, missa facere? quae fortasse complecti non valet mens humana; & quod si cui vel maxime comprehendi posse videantur, quidnam juvabunt comprehensa? Annon vero frustra laborare dicendum est eos, qui haec tamquam necessaria ad Philosophi rationem pertinere existimant? Num igitur etiam Delphicum praeceptum superfluum est, quod Se ipsum nosse jubet? Nequaquam id quidem; inquit. Quaenam igitur illius vis est? Si choream agenti praeciperet aliquis, Sese cognoscere; nonne continuo animum adhibiturus, seque ipsum intuiturus esset.

176. Ani-

CLXXVI.

Ψυχάριον εἶ, βαστάζον νεκρόν· ὡς Ἐπίκτητος ἔλεγεν.

CLXXVII.

Τέχνην δὲ ἔφη [ὁ Ἐπίκτητος] περὶ τὸ συγκατατίθεσθαι εὑρεῖν· καὶ ἐν τῷ περὶ τὰς ὁρμὰς τόπῳ τὸ προσεκτικὸν φυλάσσειν, ἵνα μεθ' ὑπεξαιρέσεως, ἵνα κοινωνικαί, ἵνα κατ' ἀξίαν· καὶ ὀρέξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθαι, ἐκκλίσει δὲ πρὸς μηδὲν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν χρῆσθαι.

CLXXVIII.

Οὐ περὶ τοῦ τυχόντος οὖν, ἔφη, ἐστὶν ὁ ἀγών, ἀλλὰ περὶ τοῦ μαίνεσθαι, ἢ μή.

176.

Animula es, cadaver gestans; aiebat Epictetus.

177.

Artem adsensum præbendi (*f.* adprobandi) inveniendam idem monebat: & in loco de Impetu cautionem servandam, ut sit cum exceptione, ut sit sociabilis, ut rei cujusque dignitatem sequatur: & adpetitu quidem abstinendum prorsus; aversatione vero adversus nihil eorum utendum esse, quæ non sint in nostra potestate.

178.

Non est itaque, inquit, de re vulgari certamen; sed de eo, utrum insaniamus, nec ne.

CLXXIX.

AVL. GELLIVS, Noct. Attic. lib. XVII. cap. 19. *Favorinum ego audivi dicere*, Epictetum *philosophum dixisse*, plerosque istos, qui philosophari videntur, philosophos esse hujuscemodi, ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν. *id significat*, factis procul, verbis tenus. *Iam illud est vehementius*, quod Arrianus, *solitum eum dictitare*,

dissitare, *in libris*, *quos* de Dissertationibus ejus *composuit*, *scriptum reliquit*. *Nam*, Cum, *inquit*, animadverterat hominem pudore amisso, importuna industria, corruptis moribus, audacem, confidentem lingua, ceteraque omnia præter animum procurantem; istiusmodi, *inquit*, hominem cum viderat studia quoque & disciplinas philosophiæ contrectare, & physica adire, & meditari dialectica, multaque id genus theoremata suspicari sciscitarique; inclamabat deûm atque hominum fidem, ac plerumque inter clamandum his eum verbis increpabat: *Ἄνθρωπε, ποῦ βάλλεις; σκέψαι, εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον. ἂν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν βάλλῃς, ἀπώλετο. ἢν σαπῇ, ἢ οὖρον ἢ ὄξος γένοιτ᾽ ἄν, ἢ εἴ τι τούτων χεῖρον.* *Nihil profecto his verbis gravius, nihil verius: quibus declarabat maximus Philosophorum*, literas, atque doctrinas Philosophiæ, cum in hominem falsum atque degenerem, tanquam in vas spurcum atque pollutum, influxissent, verti, mutari, corrumpi, & (*quod ipse κυνικώτερον*) urinam fieri, aut si quid est urinâ spurcius. *Præterea idem ille* Epictetus, *quod ex eodem Favorino audivimus, solitus dicere est*: duo esse vitia multo omnium gravissima ac teterrima, intolerantiam, & incontinentiam; cum aut injurias, quæ sunt ferendæ, non toleramus, neque ferimus; aut, a quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus. Itaque, *inquit*, si quis hæc duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque observando curet; is erit pleraque impeccabilis, vitamque vivet tranquillissimam. *Verba duo hæc dicebat*, *Ἀνέχου, καὶ Ἀπέχου.*

CLXXX.

AVL. GELLIVS, Noct. Attic. lib. XIX. cap. 1. *Philosophus in disciplina Stoica celebratus* - - - *ex sarcinula sua* librum *protulit* Epicteti philosophi quintum *Διαλέξεων*; *quas*, ab Arriano digestas, *congruere scriptis Zenonis & Chrysippi non dubium est*. *In eo libro*,

 græca

græca scilicet oratione, scriptum ad hanc sententiam legimus: Visa animi, *quas* Φαντασίας *philosophi appellant,* quibus mens hominis prima statim specie accidentis ad animum rei pellitur, non voluntatis sunt, neque arbitraria; sed vi quadam sua inferunt se hominibus noscitanda. Probationes autem, *quas* συγκαταθέσεις *vocant,* quibus eadem visa noscuntur ac dijudicantur, voluntariæ sunt, fiuntque hominum arbitratu. Propterea, cum sonus aliquis formidabilis, aut cœlo, aut ex ruina, aut repentinus nescius periculi nuntius, vel quid aliud ejusmodi factum; sapientis quoque animum paulisper moveri & contrahi & pallescere necessum est; non opinione alicujus mali præcepta, sed quibusdam motibus rapidis & inconsultis officium mentis atque rationis prævertentibus. Mox tamen ille sapiens ibidem [*f.* idem] τὰς τοιαύτας Φαντασίας, *id est,* visa isthæc animi sui terrifica non approbat; *hoc est,* οὐ συγκατατίθεται, οὐδὲ προσεπιδοξάζει, sed abjicit, respuitque; nec ei metuendum esse in his quidquam videtur. Atque hoc inter insipientis sapientisque animum differre dicunt, quod insipiens, qualia esse primo animi sui pulsu visa sunt sæva & aspera, talia esse vero putat; & eadem incepta, tamquam jure metuenda sint, sua quoque assensione approbat, καὶ προσεπιδοξάζει· (*hac enim verbo Stoici, cum super ista re disserunt, utuntur:*) sapiens autem, cum breviter & strictim colore atque vultu motus est, οὐ συγκατατίθεται, sed statum vigoremque sententiæ suæ retinet, quam de hujusmodi visis semper habuit, ut de minime metuendis, sed fronte falsa & formidine inani territantibus. *Hæc Epictetum philosophum ex decretis Stoicorum sensisse, atque dixisse, in eo, quo dixi, libro legimus.*

CLXXXI.

CLXXXI.

ARNOBIVS advers. Gentes, in fine libri secundi: *Cum de animarum agitur salute, ac de respectu nostri, aliquid & sine ratione faciendum est, ut Epictetum dixisse approbat Arrianus.*

FINIS FRAGMENTORVM EPICTETI.

SEQVVNTVR VARIA QVAEDAM ELOGIA VETERVM IN EPICTETVM ET EPIGRAMMATA.

I. HERODIS ATTICI, *apud Aul. Gellium.*

Noct. Attic. lib. I. cap. 2. Adolescens philosophiae sectator, disciplinae, ut ipse dicebat, Stoicae, sed loquacior impendio, - - - inanes quum flaret glorias, jamque omnes finem cuperent, verbisque ejus defatigati pertaeduissent: tum Herodes (Atticus) graecâ, ut hujus plurimus mos fuit, oratione utens, *Permitte*, inquit, *philosophorum amplissime, quoniam respondere nos tibi non quimus, quos idiotas & rudes vocas, recitari ex libro, quid de hujusmodi magniloquentia vestra senserit dixeritque Epictetus, Stoicorum vel maximus;* jussitque proferri Dissertationum Epicteti digestarum ab Arriano secundum librum: in quo ille venerandus senex juvenes, qui se Stoicos appellabant, neque frugis, neque operae probae, se in theorematis tantum nugalibus & puerilium Isagogarum commentationibus oblectantes, objurgatione justa incessivit. Lecta ergo sunt

ſunt ex libro, qui prolatus eſt, ea quæ addidit. *) Quibus verbis Epictetus ſevere ſimul ac feſtiviter ſejunxit atque diviſit a vero atque ſincero Stoico, qui eſſet procul dubio ἀκώλυτος, ἀνεκβίαστος, ἀπαρεμπόδιστος, εὔπορος, εὐδαίμων, vulgus aliud nebulonum hominum, qui ſe Stoicos nuncuparent, atraque verborum & argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta ſanctiſſimæ diſciplinæ nomen ementirentur. Εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, — **) His ille auditis inſolentiſſimus adoleſcens obticuit, tanquam ſi ea omnia non ab Epicteto in quosdam alios, ſed ab Herode in eum dicta eſſent.

II. AVLI GELLII.

1. *Noct. Attic. lib. II. cap.* 18. De Epicteto, philoſopho nobili, quod is quoque ſervus fuit, recentior eſt memoria, quam ut ſcribi quaſi obliteratum debuerit. Ejus Epicteti etiam de ſe ſcripti duo verſus feruntur; ex quibus illud latenter intelligas, non omnimodo Diis exoſos eſſe, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur; ſed eſſe arcanas cauſſas, ad quas paucorum potuit pervenire curioſitas.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις. ***)

2. *Noct.*

*) Vide ne non *addidit*, ſed *addidi* ſcripſerit Gellius, id eſt, *quæ infra adſcripſi, adpoſui*.

**) Sequuntur hic eadem verba, quæ hodieque leguntur in Epicteti Diſſ. lib. II. cap. 19. v. 12-20.

***) Totus iſte A. Gellii locus, eisdem pene verbis, repetitur a Macrobio, Saturnal. I. 11. Epigramma vero in Epictetum, quod ipſum hunc philoſophum auctorem habuiſſe nemo crediderit, leviter in fine prioris verſus

2. *Noct. Attic. lib. XV. cap.* 11. Domitiano imperante philosophi senatusconsulto ejecti, atque urbe et Italia interdicti sunt. Qua tempestate Epictetus quoque philosophus, propter id senatusconsultum, Nicopolin Roma decessit.

III. MARCI ANTONINI, τῶν εἰς ἑαυτὸν, I. 7.

Παρὰ Ῥουστίκου - - - τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασιν, ὧν οἴκοθεν μετέδωκεν. Id est: *Rustico debeo, quod Epicteti Commentarios legerim, quorum ille sua e bibliotheca mihi copiam fecit.*

IV. LVCIANI. *)

1. *In Demonacte, cap.* 55. *T. II. ed. Hemsterh. et Reiz. p.* 393. Ἐπεὶ δέ ποτε ὁ Ἐπίκτητος ἐπιτιμῶν ἅμα συνεβούλευεν αὐτῷ ἀγαγέσθαι γυναῖκα, καὶ παιδοποιήσασθαι· πρέπειν γὰρ καὶ τοῦτο φιλοσόφῳ ἀνδρὶ, ἕτερον ἀνθ' αὑτοῦ καταλιπεῖν τῇ φύσει· ἐλεγκτικώτατα πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο, Οὐκοῦν, ὦ Ἐπίκτητε, δός μοι μίαν τῶν σεαυτοῦ θυγατέρων. Id est: *Cum aliquando Epictetus, non sine reprehensione, consuleret illi uxorem ducere,*

versus mutatum, καὶ σῶμ' ἀνάπηρος, legitur in Anthol. *Graec.* p. 289. ed. H. Steph. perperam a Planude ad Leonidam auctorem relatum. Rectius inter ἀδέσποτα retulit Brunck. T. III. p. 272. num. 576. Plana Epigrammatis sententia:

Servus fui Epictetus, & corpore claudus,
& paupertate Irus; & carus Immortalibus.

*) Eadem aetate a Galeno Medico ac philosopho magni habitum esse *Epictetum*, intelligitur ex Indice Scriptorum Galeni, ab ipso auctore confecto, in quo (ut adnotavit Fabricius, Bibl. Graec. T. III. p. 259. & p. 554.) commemoratur Τῆς Ἐπικτήτου πρὸς Φαβωρῖνον ἕν. *Pro Epicteto ad Favorinum liber singularis.*

ducere, et procreare liberos; decere enim hoc quoque virum philosophum, ut alium pro se in rerum natura relinquat; *sic respondit, ut planissime illum refutaret:* Da mihi igitur, Epicure, unam filiarum tuarum.*)

2. *Adv. Indoctum, cap.* 13. *T. III. p.* 111. Καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἐγένετό τις, καὶ ἔτι ἐστὶν, οἶμαι, ὃς τὸν Ἐπικτήτου λύχνον τοῦ Στωϊκοῦ, κεραμοῦν ὄντα, τρισχιλίων δραχμῶν ἐπρίατο. Ἤλπιζε γὰρ οἶμαι ἐκεῖνος, εἰ τῶν νυκτῶν ὑπ' ἐκείνῳ τῷ λύχνῳ ἀναγιγνώσκοι, αὐτίκα μάλα καὶ τὴν Ἐπικτήτου σοφίαν ὄναρ ἐπιστήσεσθαι, καὶ ὅμοιος ἔσεσθαι τῷ θαυμαστῷ ἐκείνῳ γέροντι. Id est: *Nostra aetate fuit, et adhuc puto in vita est, qui Epicteti Stoici lucernam fictilem tribus drachmarum millibus emit. Sperabat puto ille, si noctu ad illam lucernam legeret, continuo sapientiam Epicteti adstituram sibi per quietem, seque similem admirabili Seni futurum.*

V. CELSI, *apud Origenem.*

Lib. VII. adv. Celsum, p. 368. *ed. Spenceri.* Ἐπίκτητος, τοῦ δεσπότου στρεβλοῦντος αὐτοῦ τὸ σκέλος, ὑπομειδιῶν ἀνεκπλήκτως ἔλεγε, Κατάξεις. καὶ κατάξαντος, Οὐκ ἔλεγον, εἶπεν, ὅτι κατάξεις. Id est: *Epictetus, cum herus crus ejus torqueret, subridens imperterrite, Perfringes, inquit. Cumque ille fregisset, Nonne praedicebam, inquit, quod perfringes.* **)

VI. ORI-

*) De coelibatu Epicteti vide infra, num. XII. 6.

**) Famam illam, *de Epicteti crure per heri petulantiam fracto*, prorsus vel ignorasse vel repudiasse videtur conjunctissimus Epicteto

VI. ORIGENIS.

1. *Adv. Celsum, lib. III. p.* 144. Ἆρα οἱ φιλοσοφοῦντες - - τοὺς ἀπὸ κακίστου βίου νέους οὐ παρακαλοῦσιν ἐπὶ τὰ βέλτιστα; τί δέ; τοὺς οἰκότριβας οὐ βούλονται φιλοσοφεῖν; ἢ καὶ ἡμεῖς μέλλομεν ἐγκαλεῖν φιλοσόφοις, οἰκότριβας ἐπ' ἀρετὴν προτρεψαμένοις, Πυθαγόρᾳ μὲν τὸν Ζάμολξιν, Ζήνωνι δὲ τὸν Περσαῖον, καὶ χθὲς καὶ πρώην τοῖς προτρεψαμένοις Ἐπίκτητον ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν; Id est: *Annon Philosophi - - juvenes quoque eos, qui perditissimis erant moribus, ad mentem meliorem revocabant? Quid? nonne vernulas etiam voluerunt philosophiae operam dare? Anne accusandi sunt, quod servos suos ad virtutis studium impulerint? ut Zamolxin Pythagoras, Zeno Persaeum, & qui recentiori memoria Epictetum ad Philosophiam concitarunt.* *)

2. *Ibid.*

Epicteto discipulus Arrianus; cujus quidem Commentariis de Vita praeceptoris compositis usus Simplicius, diserte docet, *a prima juventute infirmo corpore & claudum fuisse Epictetum.* Suidas vero etiam, nescio quo auctore, caussam clauditatis prodidit, *e fluxione ortam* scribens. Attamen fabulam a Celso proditam neutiquam in dubium vocatam ab *Origene* videmus, qui paulo post verba supra prolata sic pergit: Καὶ ἐπὶ Ἐπικτήτου δὲ ἡμᾶς ἀναπέμπει (ὁ Κέλσος,) θαυμάσας τὸ εὐγενῶς μὲν αὐτῷ λελεγμένον, οὐ μὴν ὥστε παραβληθῆναι αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τῇ κατάξει τοῦ σκέλους λόγον τοῖς παραδόξοις τοῦ Ἰησοῦ ἔργοις. Id est: *Item quod ad Epictetum nos remittit, admiratus dictum ejus generosum; non est tamen cur conferatur haec de fracto crure narratio cum tot miraculosis Iesu factis.* Inde apud alios quoque Ecclesiae doctores eadem fama fidem invenit; velut apud Gregorium Nazianzenum, qui, quemadmodum Iulianus, adversus quem disputat, ea repetierat quae a Celso opposita Christianis erant, sic ipse in respondendo Origenem haud obscure secutus est. Vide loca inferius adlata Num. IX.

*) Musonio Rufo praeceptore usum esse Epictetum; passim in Dissertationibus ipse declaravit. (I. 7, 32 sq. I. 9, 29. III. 23, 29.) Epaphroditum vero, dominum ejus, quid commoverit, ut in

Philosophi

2. *Ibid. lib. VI. p.* 275 *sq.* Εἰ χρή γε τολμήσαντα εἰπεῖν, ὀλίγους μὲν ὤνησεν (εἴ γε ὤνησεν) ἡ περικαλλὴς καὶ ἐπιτετηδευμένη Πλάτωνος καὶ τῶν παραπλησίως φρασάντων λέξις· πλείονας δὲ ἡ τῶν εὐτελέστερον ἅμα καὶ πραγματικῶς, καὶ ἐστοχασμένως τῶν πολλῶν, διδαξάντων καὶ γραψάντων. ἔστι γοῦν ἰδεῖν, τὸν μὲν Πλάτωνα ἐν χερσὶ τῶν δοκούντων εἶναι φιλολόγων μόνον· τὸν δὲ Ἐπίκτητον καὶ ὑπὸ τῶν τυχόντων καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸ ὠφελεῖσθαι ἐχόντων θαυμαζόμενον, αἰσθομένων τῆς ἀπὸ τῶν λόγων αὐτοῦ βελτιώσεως. Id est: *Si verum fateri licet, paucis profuit, si tamen profuit, Platonis & similium elegans & studiose elaborata oratio: multo autem pluribus doctrina & scripta eorum, qui tenui quodam dicendi genere usi sunt, sed eo efficaci, & ad vulgi captum adcommodato. Itaque videre licet, Platonem quidem nonnisi doctorum*

Philosophi scholam mitteret servulum, percommode nuper explicavit *Garnerius* vir doctus, in Commentatione *de Epicteti Operibus*, Commentariis Academiæ Inscriptionum & Humaniorum Literarum inserenda. (*Garnier*, in *Mémoire sur les Ouvrages d'Epictète.*) In ea commentatione, quam sua manu scriptam nobis communicavit Vir humanissimus, de institutione, qua usus est Philosophus noster, in hunc modum disseritur. *Epictète, né à Hiérapolis ville de Phrygie de parens pauvres, dut apparemment les avantages d'une éducation distinguée à la fantaisie qu'avoient sur la fin de la République, et sous les prémiers Empereurs, les grands de Rome de compter parmi leurs nombreux esclaves des Grammairiens, des Poëtes, des Rhéteurs, et des Philosophes, dans le même esprit et les mêmes vuës qui ont porté de riches financiers dans ces derniers siécles à former à grands frais de riches et de nombreuses Bibliothèques. Cette supposition est la seule, qui puisse nous expliquer, comment un malheureux enfant, né pauvre comme Irus, avoit reçû une éducation distinguée, et comment un Stoicien rigide se trouvoit être esclave d'Epaphrodite, l'un des officiers de la garde Impériale. Car on ne soupçonnera pas, que ce fut par prédilection pour la doctrine Stoïque, et pour son propre usage, que le confident et le ministre des débauches de Néron eût été curieux de se procurer un pareil esclave.*

doctorum hominum in manibus versari; sed Epictetum vulgo etiam hominum, qui quidem proficere ex doctrina cupiunt, admirationi esse, cum e sermonibus ejus meliores se fieri sentiant.

VII. ÆLII SPARTIANI, *in Adriano Cæs. cap.* XVI.

In summa familiaritate Epictetum & Heliodorum philosophos, &, ne nominatim de omnibus dicam, grammaticos, rhetores, musicos, geometras, pictores, astrologos habuit: præ ceteris, ut multi asserunt, eminente Favorino.

VIII. THEMISTII, *Orat. V. ad Jovianum Imp.*

Καὶ ποιεῖς οὐχ ἧττον ἔντιμον τὴν τῶν λόγων ἡγεμονίαν τῆς τῶν στρατοπέδων ἀρχῆς. οὕτω καὶ οἱ πατέρες τῆς σῆς βασιλείας τοὺς πρωγόνους ταύτης τῆς τέχνης προῆγον, τὸν Ἄρειον ἐκεῖνον ὁ Σεβαστὸς, ὁ Τιβέριος τὸν Θρασύλον, Τραϊανὸς ὁ μέγας Δίωνα τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, τὸν Ἐπίκτητον τὼ δύω Ἀντωνείνω. ἐῶ τοὺς ἄλλους. Id est: *Nec minore honore doctrinæ ac scientiæ principatum, quam castrorum imperium, prosequeris. Sic auctores imperii tui, hujus olim disciplinæ majores in honore habuerunt; velut Arium illum Augustus, Tiberius Thrasylum, magnus Trajanus Dionem aureâ linguâ præditum, Epictetum Antonini duo.* *) *Omitto ceteros.*

*) Themistio Suidas suffragatur, scribens *usque ad M. Antonini ætatem vixisse Epictetum:* quod quam parum sit veritati consentaneum, cum alii viri docti docuerunt, tum Salmasius initio Notarum ad Simplicii Comment. in Enchirid. Poterat vero & hoc dicere Themistius, *post obitum Epicteti plu-*

rimum

IX. GRE-

IX. GREGORII NAZIANZENI, *eius qui κατ' ἐξοχὴν ὁ Θεολόγος adpellatus est.* *)

1. *Orat. III. quæ est Adversus Julianum Invectiva prior, Tom. I. edit. Colon. 1680. pag. 77.* Ὁ τοῦ Σωκράτους ἐπαινῶν κώνειον, καὶ τὸ Ἐπικτήτου σκέλος, **) καὶ τὸν Ἀναξαγόρου θύλακον· ὧν ἀναγκαία μᾶλλον ἢ ἑκούσιος ἦν ἡ φιλοσοφία. Id est: *Qui Socratis cicutam extollis, & Epicteti*

rimum huic Philosopho tribuisse Antoninos. Cæterum sub Antonino Pio Epictetum etiam refert Syncellus, ut adnotavit Fabricius Bibl. Græc. T. III. p. 259.

*) Sic nude ὁ θεολόγος vocatur in Scholio marginali ad Dissert. lib. I. cap. 8. extr. in cod. nostro Pal. b.

**) *Crus Epicteto a domino fractum*, de quo mox duobus aliis locis paulo uberius idem Gregorius disserit, primum a Celso commemoratum supra vidimus num V. Thomas ille Clemens, Britannus, cujus operam Enchiridio Epicteti navatam laudavi in Præfatione ad criticam Enchiridii editionem p. XIX. in nota, cum in Testimoniis de Epicteto eadem verba, quæ supra scripta habes, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐν τῷ α' λόγῳ στηλιτευτικῷ κατὰ Ἰουλιανοῦ, retulisset, hæc adjecit: ὅπου σχολιαστής τις ἀνώνυμος ταῦτα περὶ τοῦ Ἐπικτήτου σκέλους ἀπομνημονεύει. Ἐπίκτητος φιλόσοφος ἦν. οὗτος ἐδέθη ὑπὸ τοῦ τυράννου Λακεδαίμονος [sic quidem ille] τὸ σκέλος. ὕστερον δὲ ἠβουλήθη λῦσαι αὐτὸν ὁ τύραννος. ἤρετο οὖν οὕτως· Θέλεις, ὦ Ἐπίκτητε, λύσω σε; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο. Τί γάρ; δέδεμαι; ὡς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ δηθεν μὴ δεδεμένης. λέγεται οὖν, μὴ τὸ σῶμα εἶναι ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἡ ψυχή. Quæ verba latine versa leguntur T. II. operum Gregorii Nazianz p. 503. (in *Patris Nonni Collectione & Expositione profanarum Historiarum, quarum D. Gregorius Theologus meminit in priore Invectiva adversus Iulianum Apostatam*) ubi sic. *De Epicteti crure. Epictetus Philosophus erat. Huic a Macedone* [sic ibi scribitur] *tyranno crus vinculis astrictum est. Postea autem, cum eum solvere tyrannus vellet, ex eoque quæreret: Visne, Epictete, te solvam? Quid, inquit, an sum astrictus? Quibus videlicet verbis hoc significabat, animam suam nequaquam vinctam fuisse. Itaque non corpus homo esse dicitur, sed anima.* Eamdem rem narrat *Elias Cretensis, in Commentar. in S. Gregorii Naz. Orat.* III. T. II. Opp. Gregorii, p. 326. ubi sic: *Sed ne crus quidem Epicteti silentio præterierimus, quod cum ipsi a tyranno quodam vinctum fuisset, ac diuturno post tempore ille ex ipso quæsivisset, an solvi vellet: Quid? inquit; an vinctus sum? Quibus nimirum verbis hoc subindicabat, corpus hominem non esse, sed animam, quæ quidem nullis vinculis astringi nec coërceri potest.*

Epicteti crus, & Anaxarchi utrem; quorum coacta potius, quam voluntaria, erat philosophia.

2. *Epist.* LVIII. *ad Philagrium, T. I. Opp. pag.* 822. Διὰ τοῦτο θαυμάζω μὲν τοὺς παρ' ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κινδυνεύσαντας, ἢ συμφορὰν διενεγκόντας νεανικῶς. Θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν τοὺς τούτοις παραπλησίους. οἷον, τὸν Ἀναξαγόραν ἐκεῖνον, τὸν Ἐπίκτητον, τὸν Σωκράτην, ἵνα μὴ λέγω πολλούς· ὧν ὁ μὲν (Ἀνάξαρχος) . . . ὁ δὲ (Ἐπίκτητος,) τὸ σκέλος κατατεινόμενος καὶ στρεβλούμενος, ἐφιλοσόφει ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίῳ τῷ σώματι, καὶ θᾶττον κατεαγῆναι τὸ σκέλος ἢ ἐπαισθάνεσθαι τῆς βίας ἔδοξε. Id est: *Ob eam caussam non eos tantum admiror, qui apud nos pro virtute periculis se obtulerunt, aut calamitatem fortiter tulerunt: sed externos etiam, qui similes eorum extiterunt; verbi gratia, Anaxagoram, Epictetum, Socratem, ut ne plures recenseam. Quorum alter (Anaxarchus) . . . alter (Epictetus) cum crus ipsi caederetur et torqueretur, velut in alieno corpore philosophabatur, citiusque crus perfractum esse visum est, quam ipse vim doloris persensisse.*

3. *In Carminibus Iambicis;* Carm. XVIII. περὶ Ταπεινοφροσύνης, σωφροσύνης καὶ ἐγκρατείας, vs. 683 sqq. T. II. Opp. pag. 215.

Λέγεις Ἐπικτήτου τε τὸ κλασθὲν σκέλος,
πρὶν ἤ τι ῥῆξαι ῥῆμα δοῦλον τῆς βίας;
Εἶναι *) γὰρ εἶναι τἀνδρός, ὡς ἀκούομεν,

I 2 τὸ

*) Εἶπεν γὰρ εἶναι legit Interpres.

τὸ σῶμα δοῦλον· τὸν τρόπον δ' ἐλεύθερον.
Πτισμόν τ' ἐν ὅλμῳ τῶν Ἀναξάρχου χερῶν.

Σὺ ταῦτ' ἐπαινεῖς; Κᾀγώ τι κᾀγὼ, πλὴν ὅσον
ἐν τοῖς ἀφύκτοις ἦσαν ἀνδρεῖοι κακοῖς.

Id est:

Crus fractum Epicteto insuper narras prius,
quam vi doloris ederet verbum indecens.
Namque asserebat ille, (sic accepimus)
Servum esse corpus, liberam at mentem suam.
Tusas recenses tu quoque Anaxarchi manus,

Tune ista laudas? Laudo et ego. Verum in malis,
quae non dabatur fugere, constantes erant.

X. MACROBII.

Is quidem in Saturnal. lib. I. cap. 11. *eadem paene verba repetit, quae ex Auli Gellii libro II. c.* 18. *supra protulimus.*

XI. AVGVSTINI.

De Civitate Dei, lib. IX. cap. 5. Misericordiam Cicero non dubitavit appellare virtutem, quam Stoicos inter vitia numerare non pudet: qui tamen, ut docuit liber Epicteti nobilissimi Stoici *) ex decretis

*) Quemnam dicat Epicteti librum, haud adparet, nisi sit unus ex deperditis Dissertationum vel Homiliarum libris. De Stoicorum & Epicteti praesertim praeceptis super Misericordia vide notata ad Diss. I. 18, 3.

cretis Zenonis & Chrysippi, qui hujus sectæ primas partes habuerunt, hujuscemodi passiones in animum Sapientis admittunt, quem vitiis omnibus liberum esse volunt. Unde fit consequens, ut hæc ipsa non putent vitia, quando Sapienti sic accidunt, ut contra virtutem mentis rationemque nihil possint.

XII. DAMASCII, apud Suidam in Ἐπίκτητος, & apud Photium in Biblioth. pag. 552. ed. Hœschel. *)

Θεοσέβιος ὁ Φιλόσοφος ἔλεγε πολλὰ ἀπὸ τῶν Ἐπικτήτου σχολῶν· τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπετεχνᾶτο τῆς ἠθοποιοῦ διανοήματα μούσης. - - - τοιγαροῦν καὶ ἐν συγγράμμασι καταλέλοιπε τοιούτοις τισὶ τὰς ἑαυτοῦ νουθετήσεις, οἷς ὁ Ἐπίκτητος πρότερον. καί μοι δοκεῖ ἀνὴρ γεγονέναι ἄντικρυς (ὡς ἕνα πρὸς ἕνα ἀντιβαλεῖν) ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου Ἐπίκτητος, ἄνευ μέντοι τῶν Στωϊκῶν δογμάτων. κ. τ. λ. Id est: *Theosebius Philosophus multa ex Epicteti scholis desumta dixit; alias vero & ipse solerter inventas morales Sententias adjecit. - - - Itaque sua præcepta talibus quibusdam scriptis consignata reliquit, qualibus antehac Epictetus. Et, ut alterum cum altero conferamus, videtur hic mihi prorsus fuisse* nostræ ætatis Epictetus, *exceptis tamen Stoicis opinionibus. &c.*

I 3 XIII. SIM-

*) Confer quæ & Küsterus ad Suidam adnotavit, & quæ monuit Fabric. in Bibl. Græc. T. III p. 260. — Paulo vero ante Damascii ætatem, *Epicteti* Enchiridion laudatum reperimus a *Procopio* (Gazæo,) Epist. XLV. cujus verba infra proferemus in Adnot. ad Enchir. c. 17.

XIII. SIMPLICII.

Ex Simplicii Comment. in Epicteti Enchiridion duo momenta hoc loco enotabimus, ad vitam & mores Philosophi nostri spectantia.

1. *Ex Comment. in cap. 13. pag. 102. edit. Lugd. Bat.* Αὐτὸς ὁ ταῦτα λέγων Ἐπίκτητος καὶ δοῦλος ἦν καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὴς, καὶ χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας· καὶ πενίαν ἀκροτάτην ἐπετήδευσεν, ὡς τὸ ἐν Ῥώμῃ οἴκημα αὐτοῦ μηδέποτε κλεῖθρον δεηθῆναι, ἅτε μηδὲν ἔνδον ἔχον, εἰ μὴ τὴν στιβάδα καὶ τὴν ψίαθον, ἐφ' ὧν ἐκάθευδε. Id est: *Is ipse qui hæc dicit Epictetus, & servus fuerat, & infirmo corpore, & ab ineunte ætate claudus, & extremæ paupertatis ita studiosus, ut ejus domuncula Romæ nullis umquam claustris opus habuerit, ut in qua nihil esset præter lectulum & stoream, super quibus dormiret.*

2. *Ex Comment in cap. 46. p. 272.* Ὁ θαυμαστὸς οὗτος Ἐπίκτητος, μόνος τὸν πολὺν χρόνον διατελέσας, ὀψέ ποτε γυναῖκα προσελάβετο, παιδίου τροφὸν, ὅπερ ἐκτίθεσθαι μέλλον ὑπό τινος τῶν αὐτοῦ φίλων διὰ πενίαν, αὐτὸς λαβὼν ἀνεθρέψατο. Id est: *Admirabilis hic vir Epictetus, cum majorem ætatis partem solus exegisset, sero tandem mulierculam adscivit, pueri nutricem, quem, cum in eo fuisset ut a patre, amico Epicteti, propter paupertatem exponeretur, ipse a se educandum susceperat.*

XIV. ANO-

XIV. ANONYMI Epigramma εἰς τὸ Ἐγχειρίδιον Ἐπικτήτου. *)

Μῆτιν Ἐπικτήτοιο τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ,
ὄφρα κεν εἰσαφίκηαι ἐς οὐρανίους κενεῶνας,
ψυχὴν ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ἀπὸ γαίης.

Id est:

Confilium Epicteti tuo reconde animo,
quo pervenias cœlestes in regiones,
animam altivolam elevans a terra.

XV. Εἰς τὸ αὐτό. **)

Ὅσκεν Ἐπικτήτοιο σοφὴν τελέσειε μενοινήν,
μειδιάει, βιοτοῖο γαληνιόων ἐνὶ πόντῳ·
καὶ μετὰ ναυτιλίην βιοτήσιον εἰσαφικάνει
οὐρανίην ἀψῖδα, καὶ ἀστερίην περιωπήν.

Id est:

Quisquis Epicteti sapiens perfecerit consilium,
ridet, tranquillitate utens in vitæ ponto:
& post hujus vitæ navigationem intrat
cœlestem in fornicem sidereamque speculam.

XVI. SVIDÆ, *nescio quo auctore.*

Ἐπίκτητος, Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας, φιλόσοφος, δοῦλος δὲ Ἐπαφροδίτου, τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος. πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος, ἐν Νικοπόλει τῆς νέας Ἠπείρου ᾤκησε, καὶ διατείνας μέχρι Μάρκου Ἀντωνίνου. ἔγραψε πολλά. Id est: *Epictetus, ex Hiera-*

*) Exstat in Antholog. p. 117. ed. H. Steph. & emendatius in Brunckii Analectis. T. III. p. 272.

**) Exstat ibidem.

Hierapoli Phrygiæ urbe, Philosophus, servus Epaphroditi, *) *unius de corporis custodibus Neronis imperatoris. Ex fluxione altero pede claudus, in novæ Epiri oppido Nicopoli habitavit, & vitam usque ad M. Antoninum produxit. Scripsit multa.* **)

*) De hoc conf. Fabricium Bibl. Græc. T. III. p. 257.

**) Nempe non ab ipso literis mandata, sed ex ore ejus ab Arriano discipulo excepta, atque edita. Vide Arriani Epist. ad L. Gellium, Simplicii Præfationem ad Commentar. in Enchiridion, & Uptoni notata ad Titulum Dissertationum Epicteti ab Arriano digestarum.

AD

AD

EPICTETI MANVALE

NOTÆ

JOANNIS VPTONI;

quibus ſuas nonnullas adjecit

JOH. SCHWEIGHÆUSER.

AD

EPICTETI MANVALE NOTÆ.

„Ἐγχειρίδιον dicitur omne id *quod ad manum*, vel *in manu* eſt: ſubſtantivi vice uſurpatur, uti monuit Salmaſius in Simplicium; [p. 6.] ſubauditur *βιβλίον* aut *πινακίδιον*; latine *Manuale*: cum autem pro enſiculo accipitur græce, intelligitur *ξίφος*. Sed audiamus Simplicium: *Τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο τὸ Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον, καὶ τοῦτο αὐτὸς συνέταξεν ὁ Ἀῤῥιανὸς, τὰ καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ κινητικώτατα τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Μασγαληνὸν* (recte Salmaſius *Μεσσαλῖνον*, ſcil. M. Valerium Meſſalinum, Coſ. anno urbis DCCCC.) *ἐπιστολῇ ἔγραψεν Ἀῤῥιανὸς, ᾧ καὶ τὸ σύνταγμα προσεφώνησεν, ὡς ἑαυτῷ μὲν φιλτάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπίκτητον τεθαυμακότι. τὰ δὲ αὐτὰ σχεδὸν καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν ὀνομάτων σποράδην ἐν τοῖς Ἀῤῥιανοῦ περὶ τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν γραφομένοις* [corrige, *ἐν τοῖς Ἀῤῥιανοῦ τῶν Ἐπικτήτου Διατριβῶν* (ſcil. *βιβλίοις*) *γραφόμενα*] *εὑρίσκεται.* Intercidit injuriâ temporis illa Arriani dedicatio ſeu præfatio ad Meſſalinum. Cæterum Arrianus, cum ſcripto mandaſſet ipſos ſermones Epicteti, Nicopoli habitos, hoc *Manuale* compoſuiſſe videtur; in morem auditorum illorum, qui ſumma capita eorum, quæ in ſcholis didiciſſent, literis conſignare ſolebant, ut in promptu atque in uſu forent. Immo vero & ſuos ſubinde monent Stoici, ut præcepta quædam Sapientum, *τὰ καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα*, in animis quotidiana meditatione revolverent, adeo ut *ſua ſponte occurrant ſalutaria* (verbis utor Senecæ) *& ubique ac ſtatim deſiderata præſto ſint.* [Vide Senec. Ep. XCIV. & de Benef. VII. 1.] Hinc illæ Epicteti admonitiones, *πρόχειρον ἔστω.* vide Diſſ. I. 1, 21. I, 27, 6 ſq. II, 1, 29. III. 10, 1. & ſæpius alibi. Quin & M. Antoninus lib. III. ſect. 13. monet, medicos et chirurgos eſſe imitandos, qui artis ſuæ inſtrumenta ſemper habent parata. Idem lib. IV.

IV. f. 3. vult decreta feu præcepta brevia eſſe, *βραχέα ἔστω καὶ στοιχειώδη*, quæ ſemper occurrant in promptu atque in uſu. Nec aliter Epicurus, ut ad manum & in memoria haberent diſcipuli, ſcripſit *κυρίας δόξας*, ſelectas ſententias, breviterque comprehenſas. Vide Cicer. de Nat. Deor. L. I. c. 30. de Fin. L. II. c. 7. Lucian. in Pſeudomanti." VPTON.

Ad Titulum quod ſpectat libelli, opportune Heſychius adnotavit, Ἐγχειρίδια dici ſolita *quæcumque in promtu & ad manum ſunt, τὰ ἐν χειρί.* Sed de eodem Titulo juvat hic adponere quæ ex profeſſo monuit auctor *Exegeſeos manuſcriptæ Enchiridii*, quam exhibent duo codices Mssti Bibliothecæ Pariſinæ, Cod. Græc. MLIII. & Cod. MCCCII. Sic igitur ille: *Ἐπιγέγραπται δὲ Ἐγχειρίδιον, διὰ τὸ ἕτοιμον ἀεὶ καὶ πρόχειρον αὐτὸ δεῖν εἶναι τῇ μνήμῃ. χρὴ γὰρ ἔχοντας ἡμᾶς ἐν προχείρῳ τοὺς κανόνας τοῦ βίου, κατ' αὐτοὺς πειρᾶσθαι τὴν ὅλην ζωὴν ἡμῶν ἀπευθύνειν. οὐ γὰρ ἐπὶ μόνου τοῦ στρατιώτου τὸ πρόχειρον ξίφος ἐρεῖς ἐγχειρίδιον, διὰ τὸ μετὰ χεῖρας ἔχειν αὐτό. οὐδὲ ἐπὶ ἰατροῦ μόνον καλέσεις τὸν πρόχειρον νάρθηκα, ἐγχειρίδιον· ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν δικαίως ἐγχειρίδιον εἴπῃς ἄν, τὸ τῶν συνεκτικωτάτων θεωρημάτων τῆς ἀνθρωπίνης εὐζωΐας βιβλίον.* Quibus e verbis intelligitur, ciſtulas illas, quas ſecum circumferebant medici, quibus medicamenta & inſtrumenta ad artis uſum maxime neceſſaria continebantur, (hi ſunt enim *νάρθηκες*, quos dicit noſter Exegeta; conf. Etymolog. in Νάρθηξ, & Lucian. adv. Indoct. c. 29. T. III. p. 124. & Martial. lib. XIV. epig. 78.) vulgato admodum ſermone *ἐγχειρίδια* ſolitas eſſe nominari. Quo magis ad explicandam tituli rationem, qui libello huic inſcribitur, opportuna erat comparatio illa, cujus Vptonus meminit, a M. Antonino inſtituta, (III. 13.) philoſophi, cui ſapientiæ præcepta in promtu eſſe debent, cum medico, inſtrumenta ſua ad manum habente; quum præſertim Philoſophia, *animi medicina* haberi dicique ſolita eſſet. conf. Diſſ. I. 17, 4. ibique not. IV. 8, 29. III. 23, 30. Simillima vero prorſus comparatione jam & Cicero uſus eſt, de Finib. II. 7. ubi ait: *Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tamquam de narthecio, promant: ſi gravis, brevis; ſi longus, levis.* Cæterum & aliis ſubinde libellis, quibus artis cuiusvis præcepta explicabantur, idem *Enchiridii* nomen fuit inſcriptum: quo e genere Hephæſtionis, Alexandrini Grammatici, Ἐγχειρίδιον περὶ Μέτρων etiam nunc exſtat.

NOTÆ AD CAP. I.

§. 1. Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν. „Confer Diss. I. 22, 10. II. 6, 8. II. 9, 15. II. 19, 13. IV. 1, 65 sqq." VPTON.

ὑπόληψις. Ipsa sua origine atque forma vocabulum hoc *actionem* mentis nostræ significat; scilicet *opinionis* veluti *susceptionem*, & *in animum nostrum admissionem*.

ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις. Ὁρμὴν *impetum* vertunt, nec male: nec vero intelligendi primi illi stimuli aut instinctus, quibus naturæ necessitate movemur; sed *impetus quem sponte nostra capimus ad agendum*. Quid differat ὁρμὴ ab ὀρέξει, docet classicus locus Dissert. III. 2, 1 sqq. conf. Adnot. ad I. 18, 1 sq. Ὁρμὴ eo pertinet, ubi, quid *conveniens* sit, quid *honestum*, quid sit *officii nostri*, vel contra, quæritur. Ὄρεξις & ἔκκλισις ad ea nobis adsciscenda spectant, quæ *bona*, aut quæ *utilia*, id est bonorum efficientia, judicamus; ad ea declinanda aut a nobis depellenda, quæ *mala* vel *noxia*. *Bona* vero & *mala* Stoici ea semper dicere adsueverant, quæ absolute per se, quæ constanter, quæ sine exceptione talia essent. Iam cogimur quidem naturæ necessitate ad adpetendum id quod bonum videatur, declinandum contrarium: sed, quandoquidem falsa specie sæpe deceptos nos intelligimus, penes nos esse docent, inhibere in quavis re singulari, quæ nobis proposita sit, adpetitionem vel declinationem, donec certo liquidoque cognitum & perspectum habeamus, esse illam absolute & per se ac sine exceptione bonam malamve. Cum ὁρμῇ subinde separatim, tamquam ei oppositam, τὴν ἀφορμὴν nominant, sicut τὸ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν habes in Ench. c. 2, 2. vbi illud, est *impetum ad agendum capere;* hoc, *retinere impetum;* possisque utrumque cum Cicerone Acad. II. 31, interpretari, *consilia capere & agendi & non agendi*. Sed hoc loco, cum ait τὴν ὁρμὴν esse nostra in potestate, facile intelligitur, eodem communi nomine simul τὴν ἀφορμὴν comprehendi. Cæterum in recensione variarum mentis actionum modo ὁρμὴν ante τὴν ὄρεξιν nominare Epictetus solet, modo vice versa. Loca vide in Indice collecta.

δόξαι. „Δόξαι sunt *opiniones*. Repone itaque cum Ms. Hafniensi, monente Meibomio, δόξα. Vide II. 9, 13. II. 19, 32. III. 24, 71. III. 26, 34. Diog. Laert. VII. 102." VPTON. — Quod si pluralem δόξαι teneas, in quem fere consen-

consentiunt libri, intelliges cum Simplicio *quascumque aliorum de nobis opiniones* in utramlibet partem, bonam malamque, aequam & iniquam. Sic communi denominatione *αἱ δόξαι* simul *ἡ εὐδοξία* & *ἡ ἀδοξία* fuerint comprehensae. conf. Laert. l. c. Pariter in eadem re alio vocabulo mediam significationem habente, *φήμη*, utitur noster, Diss. III. 24, 68. Caeterum de sola etiam *bona fama*, *de gloria*, idem vocabulum in plurali numero non modo recentiores nonnulli scriptores usurparunt, veluti Nilus in Ascet. c. 2. ad quem Heynius provocavit; verum etiam probatissimi ex antiquis. Sic sane apud Demosthenem habes, *ἔπαινοι, δόξαι, τιμαί.* pro Coron. p. 252. ed. Reisk.

§. 3. *οὐδείς σε βλάψει &c.* Conf. infra c. 30. & Senecam consule, de Constant. Sap. c. 5.

§. 4. „*Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν.* Variae codicum lectiones indicio sunt, aliter olim scriptum fuisse, ac nunc. Simplicii codices hoc modo: *ὅτι οὐ δεῖ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν.* Quae prima specie saniora videantur. Verumenimvero emendatione opus est, quamquam silent libri; et pro *αὐτῶν*, arbitror legendum *ἄλλων*. Hoc modo: *Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι σὺ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι ἄλλων· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν.* *Cum igitur tantas res expetas*, (scil. *οὐδείς σε ἀναγκάσει, οὐδείς σε κωλύσει*, &c.) *memento non oportere, ne mediocriter quidem commotum, caetera attingere;* (scil. *τὸ σῶμα, κτῆσις, δόξα, ἀρχαί.*) *sed alia omnino mittere, alia in praesens differre.* Caeterum editio Meibomiana post *πρὸς τὸ παρὸν*, habet, *καὶ προηγουμένως σεαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι.* Haud male." VPTON. — Quae verba Meibomius & Villebr. adjecerunt, ea e Paraphrasi huc invecta esse, alibi docui. Vptoni emendationem nemo magnopere vel desideraverit vel probaverit. *Οὐ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν*, est, *non mediocri animi adfectu commotum attingere haec;* et idem valet, ac *οὐκ εἰκῇ κατὰ ψυχρὰν ἐπιθυμίαν ἔρχεσθαι ἐπὶ τοὔργον*, cap. 29, 3. De reliquo argumento confer cap. 2, 2. & cap. 48, 2.

πάντως γε μήν. „Ms. Hafn. *πάντων.* Et mox libri nonnulli *παραγίνεται.*" VPTON.

§. 5. *Φαντασίᾳ τραχείᾳ μελέτα ἐπιλέγειν*, &c. „Conf. Diss. lib. I. cap. 27. II. 16, 20. II. 18, 24. III. 12, 15. III. 24,

24, 108." VPTON. — Φαντασίαν τραχεῖαν, *visum asperum, sævum, terrificum* interpretatur A. Gellius. XIX. 1. Cæterum juvabit hic meminisse quod de sermonis usu Stoicorum Cicero observavit de Fin. V. 26. *Quæ mala illi non audent adpellare*, aspera & *incommoda & rejicienda & aliena naturæ esse concedunt.*

ὅτι Φαντασία εἶ. „Pro εἶ, mallt Meibomius ἐστὶ, uti habet margo edit. Basil. *Visum est; ac nullo modo quod esse videtur.* Sed placet recepta lectio: alloquendum tamquam ad personam. Vide Diss. II. 18, 24. III. 12, 15." VPTON.

τὸ, ὅτι οὐδὲν πρὸς σε. „Haud male Ms. Hafn. τὸ, ὅτι οὐδὲν πρὸς ἐμέ. Conf. II. 24, 106. Simplicius: [p. 44. c.] Εἰ γὰρ τῶν μὴ ἐφ' ἡμῖν ἐστί τι τῶν Φανταζομένων, ἢ ὀρεκτὸν, ἢ ἐκκλιτὸν, καλῶς ἔχει γινώσκειν τε καὶ ἐπιλέγειν εὐθὺς, ὅτι τοῦτο οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς." VPTON.

CAP. II.

§. 1. Ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, &c. „Vide III. 23, 9. Item I. 4, 1 & 11. II. 1, 31. II. 8, 29. II. 14, 8. III. 22, 48 & 61. IV. 1, 1. & alibi. Mox pro ἐμπεσεῖν lege cum Salmasio περιπεσεῖν. & pro παραπίπτων, repone περιπίπτων." VPTON. Ex Editoris voluntate, in contextu (ubi ἐμπεσεῖν & παραπίπτων perperam legebatur) ea reposui, quæ unice vera sunt. Ἐπαγγελίαν vero malim *professionem* verti, quam (ut vulgo faciunt) *pollicitationem* vel *promissionem*. Adpetitio enim non tam *pollicetur* nobis, consecuturus nos esse id quod volumus; quam *profitetur*, se id, quo refertur, consequi velle.

τὰ παρὰ Φύσιν τῶν ἐπὶ σοι. Cum emphasi scribo ἐπὶ σοί. Cæterum perperam (si quid video) plerique interpretes verba ista in hunc modum accepere, *quæ eorum, quæ in tua potestate sunt, naturæ repugnant.* Recte sententiam philosophi vidit Meibomius, quamquam paulo fortasse obscurius expressit: *Si ergo sola declinas, quæ, præter naturam existentia, in tua potestate sunt.* Nempe genitivus casus τῶν ἐφ' ἡμῖν non pendet ab uno nomine Φύσιν, sed a tota phrasi τὰ παρὰ Φύσιν; & idem est, ac si dixisset, τὰ παρὰ Φύσιν ὄντα, ὅσα ἐστὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν, vel, ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν, ὅσα παρὰ Φύσιν ἐστίν. id est, *eas res quæ contra naturam sunt, quæ sunt e numero rerum potestati nostræ subjectarum;* vel, quod eodem redit, *res potestati nostræ* sub-

subjectas, quae sunt contra naturam; id ipsum vero, in Stoicorum sermone, idem sonat, ac *actiones naturae repugnantes, prava facta.* Meibomii versionem alio loco, ubi eadem dictio recurrit, (infra, cap. 48.) prudenti consilio tenuit Vptonus noster.

§. 2. Ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν. „Confer III. 5, 4. III. 22, 13. IV. 4, 18." VPTON.

τὴν ὄρεξιν δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. „Vide quae notavimus ad Diss. lib. III. cap. 2. in initio; ad III. 12, 8. & III. 22, 13. Vide & I. 4, 1. III. 13, 21. IV. 4, 18. Euchir. c. 48, 3. M. Anton. IX. 7. XI. 37." VPTON.

ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὐδὲν οὔπω σοι πάρεστι. „Alii libri οὐδὲν οὐδέπω In aliis abest οὐδέν. Apud Simplicium, οὔπω σοι πάρεστιν." VPTON. — Verte: *eorum, quae adpetere pulcrum honestumque foret, nihil adhuc tibi adest.* Heynio totus locus sic videbatur constituendus: τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν ὅσον ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὔπω σοι πάρεστι. hac sententiâ: *ea autem quae in potestate nostra sunt, quatenus appetere liceat, nondum tenes; nondum didicisti.* Possis vero etiam, omittendo quidem οὐδέν, sed ὅσων in genit. plur. tenendo, sic accipere, ut ad τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν ex sequenti oratione verbum ὀρέγεσθαι intelligatur, hoc modo: τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν ὀρέγεσθαι, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν ἄν, οὔπω σοι πάρεστι. *ea autem quae in nostra potestate sunt adpetere, quae nempe adpetere pulcrum foret, tu nondum didicisti.* Ad sententiae summam haud multum interest: sed nostram rationem interpretationemque firmare videntur ea, quae Diss. III. 13, 21. & IV. 1, 84. leguntur. Sed ibi quidem de homine agitur προκόπτοντι, qui jam profectum haud poenitendum in via sapientiae fecit: hic vero, quemadmodum in toto fere hoc libello, ad tironem se convertit oratio.

μόνῳ δὲ τῷ ὁρμᾷν καὶ ἀφορμᾷν χρῶ. *Solo impetu utere, quem vel capias vel retineas. Solis utere agendi aut non agendi consiliis.* Vide ad ὁρμή, cap. 1, 1.

μεθ' ὑπεξαιρέσεως. „*Cum exceptione.* Seneca de Benef. lib. IV. c. 34. *Non mutat Sapiens consilium; - - ad omnia* cum exceptione *veniet; si nihil inciderit, quod impediat.* Vide eundem, de Tranquill. c. 13. *Navigabo, nisi si quid inciderit; &, praetor fiam, nisi si quid obstiterit;* &c. Conf. M. Anton. IV. 1. V. 20. VI. 50. XI. 37." VPTON. —

Τῷ,

Τῷ, μεθ' ὑπεξαιρέσεως, opponitur τὸ ἐξ ἅπαντος, vel ἐκ παντὸς τρόπου.

Καὶ ἀνειμένως. Sic rursus cap. 48, 3. de Proficiente loquens, ait, ὁρμῇ πρὸς ἅπαντα ἀνειμένῃ χρῆται, *impetu ad omnia utitur remisso.* Perfectus quidem philosophus, qui rerum omnium dignitates & pretia æstimare didicit, impetum ex dignitate rei cujusque capit, perinde remissum acrioremve, prout illa digna est peti; ut est apud Senecam Epist. 79.

CAP. III.

Ἐφ' ἑκάστου τῶν ψυχαγωγούντων, *&c.* „Conf. III. 24, 84 sqq." VPTON.

μέμνησο ἐπιλέγειν. „*Memento singulas notare, verbis subjiciendo qualis sit, a minimis incipiendo.* Ita vertendum. *Meibomius.* Mox cum Ms. Hafn. lege, ὅτι χύτραν στέργω. & paulo post, καταφιλῶ." VPTON.

CAP. IV.

Ὅταν ἅπτεσθαί τινος ἔργου. Vide II. 17, 27. Mox lege cum Ms. Hafn. ὁποῖόν τί ἐστι." VPTON.

τοὺς ἀποῤῥαίνοντας, τοὺς ἐγκρουομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, τοὺς κλέπτοντας. „Variant libri. Edit. Ven. & Bas. τοὺς ἀποῤῥέοντας &c. Simplicii codices, τοὺς ἀποῤῥαίνοντας, τοὺς ἐκκρουομένους, &c. Nonnulli libri, τοὺς ἀποῤῥαίνοντας, τοὺς ἐνσειομένους, τοὺς λοιδοροῦντας, &c. Cæterum τοὺς κλέπτοντας addit, quippe vestimenta eorum, qui lavabantur, facillime surripi possent: cuilibet enim balneorum Apodyterium pervium. Fures autem balneorum plectebantur graviter. Vide Aristot. Probl. XIV. f. 29." VPTON. — τοὺς ἀποῤῥαίνοντας, *qui* molesti sunt aliis, dum capita eorum & os oculosque *aqua respergunt & perfundunt.* τοὺς ἐγκρουομένους, *qui cum impetu se ingerunt, & trudunt alios.*

CAP. V.

Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους *&c.* „Conf. Diss. II. 16, 22 sqq. & vs. 40. III. 26, 38. I. 19, 7 sq. I. 25, 28." VPTON. — *Adde* IV. 1, 59 & 85.

ὁ θάνατος οὐδὲν δεινόν. „Vide Diss. II. 1, 13 sqq. III. 26, 38." *Idem.*

 Ἀπαι-

'Απαιδεύτου ἔργον &c. „Vide Diss. III. 19. initio, & III. 5, 4." *Idem.*

ἠργμένου παιδεύεσθαι &c. „Vide Diss. II. 11. in initio." *Idem.*

CAP. VI.

Ἐπὶ ἵππῳ ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. „Potius, ἴσθι ὅτι ἐφ' ἵππου ἀγαθῷ ἐπαίρῃ. *Scito te superbire propter bonum quod in equo est.* Mox repone cum nonnullis libris τηνικαῦτα εὐλόγως ἐπαρθήσῃ." VPTON. Scripturam εὐλόγως ἐπαρθήσῃ ab interpretibus esse invectam, alibi docui. De ἵππου ἀγαθῷ conf. Diss. II. 24, 11.

χρῆσις φαντασιῶν. Vide ad Diss. I. 1, 7.

CAP. VII.

Καὶ τότε πάντα ἐκεῖνα ἀφιέναι. „Sic cod. Ven. & Bas. Nonnulli libri, κἂν καλέσῃ, πάντα &c. Et supra, pro μήτοι γε, habent μή τοι σέ." VPTON.

δεδεμένος ἐμβληθῇς. Agitur de nauta aut de milite nautico, qui imperio parere tenetur, &, nisi paret, plectitur, conf. Diss. III. 24, 34.

μηδὲν κωλύσει. Intellige, ἔχειν. *Nil prohibet, quin habeas*, iisque utaris.

μήποτε καλούμενος ἐλλίπῃς. „Ms. Hafn. καλούμενος. Et Simpl. in Comment. ἵνα μή, τοῦ καιροῦ τῆς ἀναχωρήσεως ἐνστάντος καλούμενος, ὀπισθοβαρὴς εὑρεθῇς. Libri editi, μήποτε καλοῦντος ἐλλίπῃς." VPTON.

CAP. VIII.

Μὴ ζήτει &c. „Vide Diss. I. 12, 15 sq. II. 14, 7. IV. 7, 20. Variant autem codices. Edit. Ven. & Bas. Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις, ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὖ ποιήσεις. Simplicii codices, καὶ εὐροήσεις. Optime. Alii, ἀλλὰ θέλειν ὡς τὰ γινόμενα γίνεται, ut sit ζήτει θέλειν. Apud Stobæum hoc modo: Μὴ ζήτει τὸ τὰ γιγνόμενα γίγνεσθαι ὡς θέλῃς· ἀλλὰ θέλε, ὡς τὰ γιγνόμενα γίγνεται, καὶ εὑρήσεις. lege εὐροήσεις." VPTON.

CAP. IX.

Νόσος, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον. Sic Seneca Epist. 78. *Corpus tuum valetudo tenet, non animum* &c.

προαι-

προαιρέσεως δὲ οὔ. „Vide Disfert. I. 1, 23. I. 17, 21 & 26. I. 18, 17. I. 22, 10. I. 29, 12. II. 5, 4. III. 22, 105. IV. 12, 7. & alibi. Nota mox χώλανσις, nam ipſe Epictetus claudus." VPTON.

CAP. X.

Ἐφ' ἑκάστου - - τίνα δύναμιν ἔχεις &c. Conf. I. 6, 28. I. 12, 30 ſq. II. 16, 14. IV. 1, 109." VPTON.

οὐ συναρπάσουσιν αἱ Φαντασίαι. „Vide II. 18, 24 & 28. II. 23, 33. M. Anton. V. 36." VPTON. — Adde infra, c. 16. 18. 19, 2. 20. 34.

CAP. XI.

Ἀπέδωκα. „Vide ad Diſſ. I. 1, 32." VPTON.

Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. Reſpexit hunc locum Hierocles in Comment. ad Aur. Carm. vſ. 17 ſq. p. 110. ed. Lond. 1742. ubi nonnihil quidem mutatum citat, his verbis: Τέθνηκε τὸ παιδίον; Οὐκοῦν ἀπεδόθη.

ἡ γυνὴ ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. „Hæc inſerui, ductus auctoritate noſtri codicis, & Simplicii." VPTON.

τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; Quod habent libri nonnulli, ἀφῃρέθην, id mori congruit Epicteti, variare perſonas amantis. *Ereptum mihi eſt prædium;* nempe, *inquis;* vel, *ait aliquis.*

τοῦ πανδοχείου. „Vide II. 23, 36." VPTON.

CAP. XII.

§. 1. Κρεῖττον γὰρ τὸν παῖδα κακὸν εἶναι, &c. Quo pacto hæc dicta ſunt, facile intelligitur. Vult, ne ira concitatus caſtiges ſervulum: ne, dum illum corrigere cupis, (quod an conſecuturus ſis, valde etiam dubium eſt,) tu ipſe in vitium, quæ ſumma atque una homini calamitas accidere poteſt, prolabaris. Confer cap. 14. & Paraph. cap. 15.

§. 2. Ἄρξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν σμικρῶν. „Conf. I. 18, 18. IV. 1, 111." VPTON.

προῖκα δὲ οὐδὲν παραγίνεται. „Vide IV. 2, 2. IV. 10, 19." VPTON.

ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς· ὅλως δέ σοι καλῶς· ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τὸ σὲ μὴ ταραχθῆναι. „Sic Simplicii codices.

dices. At edit. Ven. & Baſ. καὶ οὐχ οὕτως ἐστὶν αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ, τό σε ταραχθῆναι. in marg. vero Baſil. μὴ ταραχθῆναι. Gatakerus ad M. Anton. VII. [VIII.] 45. cum Stobæo legere malit, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τὸ ἐμὲ ταραχθῆναι. *Hoc tecum cogita, non tam feliciter agitur cum ſervulo meo, ut me perturbari in illo ſit ſitum.* Scribit Meibomius, ἵνα μὴ ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τὸ σὲ ταραχθῆναι, ut negatio μὴ ſit à librario transpoſita. M. Anton. VIII. 56. ὅπερ οὐκ ἔδοξε τῷ θεῷ, ἵνα μὴ ἐπ' ἄλλῳ ᾖ τὸ ἐμὲ ἀτυχεῖν. *Id quod Deo non eſt viſum, ne alieni arbitrii eſſet miſerum me facere.* Sed lectionis, quam recepimus Simplicii auctoritate, hic ſenſus eſt: *At non tam bene actum eſt cum ſervulo, (interea tecum omnino bene actum eſt) ut in illius poteſtate ſit tua ipſius imperturbatio.*" VPTON.

CAP. XIII.

Ἕνεκα τῶν ἐκτός. „*Propter rerum externarum neglectum.* Aliter legendum ἕνεκα τῶν ἐντός. *propter rerum internarum cultum.* Mox ἄνους habent edit. Ven. & Baſ. ἀνόητος Simplicius. Paulo poſt, καὶ μηδὲν βούλου lege." VPTON. — Ἐντὸς pro ἐκτὸς nemo deſideraverit. ἕνεκα τῶν ἐκτός, *rerum externarum cauſſa, quod ad res externas adtinet.*

CAP. XIV.

§. 1. Κἂν τὸν παῖδα θέλῃς &c. θέλειν nunc, ſicut plerumque apud Stoicos, intellige *velle ſine exceptione, abſolute* (ut aiunt) *& quovis modo.* Tum, quod ait θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν, non tam ſic accipio, ut dicat incorrigibilem eſſe puerum; ſed hoc mihi dicere videtur: κακία ſita eſt in voluntate ejus qui eam habet; tu ergo, voluntati tuæ eam ſubjectam volens, naturam rerum invertis, adeoque ſtultus es. Tuum eſt, operam dare, quoad tu potes, ut in meliorem viam eum revoces; hoc *tu velis.* Illius eſt, tuæ invitationi parere; hoc *ille velle* debet: atque, id eum velle, ſitum in ipſo eſt, non in te. Conf. Diſſ. IV. 5, 7. Vide etiam ſupra, cap. 12.

§. 2. Κύριος ἑκάστου ἐστὶν &c. „Confer Diſſ. I. 29, 60 ſqq. II. 2, 26. II. 13, 23." VPTON.

CAP. XV.

Ὡς ἐν συμποσίῳ. „Vide Diſſ. II. 16, 37." VPTON. — Conf. Ench. c. 36.

περι-

περιΦερόμενον. „Allusio ad morem in veterum conviviis lances appositas circumferendi, ut singulis convivarum carpendi potestas fieret. Consule Casaub. ad Athenæum p. 231.“ VPTON. — Vide Casauboni Comment. p. 145. ad Athen. III, 33.

παρέρχεται; μὴ κάτεχε. „Simplicius: Ἀλλ' εἰ μὲν γινόμενα ἀΦαιρεῖτο, (τοῦτο γὰρ νομίζω δηλοῦν τὸ παρέρχεται) μὴ κάτεχε, Φησί· τουτέστι, μὴ βιάζου μένειν αὐτὰ, μηδὲ δυσχέραινε τὴν ἀΦαίρεσιν. εἰ δὲ οὔπω ἥκει, μὴ ὀρέγου, μηδὲ πρὸς αὐτοῖς ὅλως γίνου ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ Φαντασίαις, σαυτοῦ τε καὶ τῆς σαυτοῦ προκοπῆς ἐπιλανθανόμενος. Ubi legendum, *μηδὲ πρὸς αὐτοῖς ὅλος γίνου τῆς ἐπιθυμίας καὶ Φαντασιῶν. neque præterea totus sis addictus cupiditati & visis,* Sic enim Græci, ὅλος ἐστὶ τῆς ΦιλοσοΦίας, *totus philosophiæ est addictus.* Seneca de Benef. lib. VII. *lucri totus est.* id est, totus est lucro addictus.“ VPTON. — Locus est apud Simplic. in Comment. p. 122. ubi ὅλος pro ὅλως esse legendum, post Wolfium recte Vptonus monuit; cætera minus feliciter curavit. Phrasis græca est, ὅλος ἐστὶ ταῖς ἐπιθυμίαις πρὸς τούτῳ, *cupiditatibus suis totus in hoc occupatus est.* Ibidem, paulo superius, ἀΦαιροῖτο erat scribendum, pro ἀΦαιρεῖτο.

μὴ ἐπίβαλλε. „Nonnulli libri, ἐπίβαλε.“ VPTON.

ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. „*Dignus conviva deorum.* Nec aliter Virgilius:

„*Nec deus hunc* mensâ, *dea nec dignata cubili.*“ VPTON.

ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν καὶ ἐλέγοντο. Id est, ἀξίως θεῖοι ἐλέγοντο, ὡς καὶ ὄντως ἦσαν.

CAP. XVI.

Ὅταν κλαίοντα &c. „Edit. Ven. & Bas. Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότα τὰ ἑαυτοῦ. Addit noster codex ἢ ἀποθανόντος. Hoc autem modo citat Simplicius: Ὅταν οὖν, Φησὶ, κλαίοντα ἴδῃς, ἢ ὡς ἀποθανόντος αὐτῷ τέκνου, ἢ ὡς ἀποδημοῦντος, ἢ ὡς ἀπολωλεκότας τὰ αὐτοῦ, μή σε συναρπάσῃ ἡ Φαντασία, ὡς ἐν κακοῖς ὄντος ἐκείνου τοῖς ἐκτός.“ VPTON. — Apud Simplicium verba ὡς ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ τέκνου interpretationis loco posita sunt pro illis ἐν πένθει, quæ habet Enchiridion. Quod si cum eodem interprete ἀπολωλεκότος legas; ad filium referes, qui patris bona abligurierit. Sed præstat altera lectio.

ὡς ἂν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ τοῖς ἐκτός. *quasi ille in malis sit externis.* Consulto adjecit τοῖς ἐκτός, *in malis externis.* Nempe utique miser est iste homo; at non propter illa quae extrinsecus ei acciderunt, sed hoc ipso, quod animum suum rebus externis, extra ipsius potestatem positis, adeo graviter adfici patitur.

διαίρει παρὰ σεαυτῷ &c. Verba ista ex cap. 18. huc a nonnullis invecta sunt.

ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει. Sic cap. 5. ὁ θάνατος οὐδὲν δεινόν, ἐπεὶ καὶ Σωκράτει ἂν ἐφαίνετο.

συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ. „Vide Dissert. I. 9, 12. I. 29, 64. III. 14, 7. III. 16, 4. IV. 2. IV. 12, 17." VPTON.

πρόσεχε μέντοι, μὴ καὶ ἔσωθεν στενάξῃς. „Sic Diss. I. 18, 19. καὶ οὐ λέγω, ὅτι οὐ δέδοται στενάξαι· ἀλλὰ ἔσωθέν τοι μὴ στενάξῃς. Vide Cicer. Tusc. Disp. II. 22. [ed. Davis. Aliis c. 23.] & A. Gell. lib. XII. c. 5. p. 558. edit. Gronov." VPTON.

CAP. XVII.

Ὑποκριτὴς εἶ δράματος. „Eandem allusionem vide Diss. I. 29, 42 sqq. IV. 2, 9. IV. 7, 13. Vide M. Anton. XI. 6. XII. 36. & Stobaei Serm. p. 575. [Serm. CVI. ex Telete, de Casibus.] & 681. [mendosus est numerus; nec, quem locum ob oculos habuerit, satis scio. Habes interim eamdem allusionem apud eumdem Stob. Serm. I. p. 19. & Serm. V. p. 68.] Diogenes Laërt. VII. 160. Εἶναι γὰρ ὅμοιον τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφόν· ὅς, ἄν τε Θερσίτου, ἄν τε Ἀγαμέμνονος πρόσωπον ἀναλάβῃ, ἑκάτερον ὑποκρίνεται προσηκόντως. Seneca Epist. LXXVII. *Quomodo fabula, sic vita; non quam diu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas: quocunque voles desine; tantum bonam clausulam impone.* Epigramma in Antholog.

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν,
τὴν σπουδὴν μεταθείς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

Cicero de Offic. lib. I. c. 28. & cap. 31. *Ergo histrio hoc videbit in scena, non videbit vir sapiens in vita?*" VPTON. — Conf. Fragm. 174.

ὁ διδάσκαλος. „Hoc est, inquit Wolfius, ὁ ποιητής, εἴτε κωμῳδοποιός, εἴτε τραγικός. *Poëta, sive tragicus, sive comicus.* Sic in vita Sophoclis, ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκγ'. *edidit fabulas centum & viginti tres.*" VPTON. — Sic nempe

nempe poëta, qui fabulam in theatrum producit, dicebatur, quia eam actores docebat; ut monuit ad h. l. Heynius, conferre jubens quæ in hanc partem notavit Casaub. ad Athen. VI. 7. Itaque, quem διδάσκαλον h. l. Epictetus adpellat, eumdem Teles Pythagoreus apud Stob. Serm. V. p. 68. nude ποιητὴν dixit: Δεῖ, ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ὑποκριτὴν, ὅ τι ἂν ὁ ποιητὴς περιθῇ πρόσωπον, τοῦτο ἀγωνίζεσθαι καλῶς &c. Similiterque rursus idem apud eumdem Stob. Serm. CVI. Eodem modo Procopius Gazæus, Epist. XLV. (ut adnotavit Fabric. Bibl. Gr. T. III. p. 261.) ipsum Epictetum auctorem laudans, ait: Μέμνησο τοίνυν, ὡς Ἐπικτήτῳ δοκεῖ, ὡς ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οὗ ἂν θέλῃ ὁ ποιητής.

CAP. XVIII.

Ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτοῦ. „Vide Dissert. lib. III. cap. 20." VPTON.

CAP. XIX.

§. 1. Ἀνίκητος εἶναι δύνασαι. „Confer Diss. III. 6, 5. III. 22, 102." VPTON.

§. 2. ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ. „Vide Diss. I. 20, 15. I. 29, 1 & 18. II. 1, 4. II. 8, 9. [& eod. cap. vs. 1 sqq.] II. 20, 9. IV. 13, 24 sq. III. 7, 6. & sæpius alibi. Mox στρατηγὸς est *prætor*." VPTON.

θελήσῃς. „Potius θελήσεις, cum Simplicio." *Idem*.

CAP. XXI.

Πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι. „Vide Diss. III. 24, 104 sq. III. 10, 6. Mox codex Ven. & Bas. ἐνθυμηθήσῃ, nec male." VPTON. — Totam sententiam laudavit Antonius in Melissa, lib. I. λογ. ιδ'.

CAP. XXII.

Ἄφνω φιλόσοφος. „Vide Dissert. III. 16, 11." VPTON.

τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου. „Ex Chrysippi præceptis. Vide Diss. II. 6, 9. II. 10, 6." VPTON. — Ducta verba cum sententia ex Platonis Crit. c. 6. p. 131. ed. Forst. Confer infra, Ench. c. 50, 3. (nobis cap. 51, 2.)

εἰς ταύτην τὴν τάξιν. „Nonnulli libri χώραν. Vide Diss. I. 9, 16 & 24. III. 1, 19." VPTON.

διπλοῦν προαλήψῃ καταγέλωτα. „Elegantior lectio est in ora edit. Salmant. διπλοῦν προσοφλήσεις καταγέλωτα." VPTON.

CAP. XXIII.

Ἔξω στραφῆναι. „Vide Disfert. III. 12, 5. Persius: *Nec te quaesiveris extra.*" VPTON. — Perf. Sat. I, 7.

ἀρκοῦ οὖν &c. Sic Socrates. conf. IV, 8, 23.

σαυτῷ φαίνου. Consulto nunc φαίνου dicit, non δόκει. *Adpare tibi*, id est, *ostende tibi te philosophum;* fac ut cognoscas, intelligasque, & tibi ipsi hoc testimonium vere exhibere possis, esse te philosophum.

καὶ ἱκανὸς ἔσῃ. Verte, *& hoc consequi poteris.* Idem valet ac τοῦτο δύνασαι cap. 14, 1. Satis vulgatus ille usus vocabuli ἱκανὸς, Polybio, Luciano, aliisque familiaris. καὶ ἱκανὸς ἔσῃ, scil. σεαυτῷ φαίνεσθαι. Nempe, aliis ut videare philosophus, non est in tua potestate. Interpretantur alii, *sic satis magnus philosophus eris.* Nilus vero & Simplicius & Paraphrastes ἱκανόν ἐστι habent; *& hoc satis est.*

CAP. XXIV.

§. 1. Οὐ δύνασαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον. „Vide I. 9, 34. I. 28, 23." VPTON: — δι' ἄλλον non *per alium* vertendum, sed *propter alium, alterius culpa.* Commode Seneca, Epist. LXX. *Bono loco res humanae sunt, quod nemo nisi vitio suo miser est.*

παραληφθῆναι ἐφ' ἑστίασιν. „Auctiores Simplicii codices, ἢ τὸ παραληφθῆναι εἰς συμβουλὴν, ἢ εἰς ἑστίασιν. Vide mox cap. 25, 1." VPTON.

§. 3. Κτῆσαι οὖν, φασίν. „Omnino lege φησίν. Vide ad Diss. I. 4. 9. Est enim φησίν, ut apud Latinos *inquit*, perpetua opponendi formula. Sic mox §. 4. ἀλλ' ἡ πατρὶς, φησίν. Caeterum ego nullus dubito, quin totum hoc Caput ad Dissertationum libros pertineat. Lege itaque §. 2. Ἀλλά μοι οἱ φίλοι ἀβοήθητοι ἔσονται. Τί λέγεις τὸ Ἀβοήθητοι; Adversarius: *At amici mei sine auxilio erunt.* Epictetus: *Quid dicis Sine auxilio?* Plura detrimenta his libris, quam vulgo existimatur, importata sunt." VPTON. — Supra, §. 2. perinde est, Ἀλλά σοι legas, an Ἀλλά μοι. Sed istud tenendum; in quod consentiunt libri. Intellige: *At tu ais, sine auxilio fore amicos tuos.* Hoc loco qui, pro

pro Φησὶν, Φασὶν invexere, intellexere οἱ Φίλοι, quæ ipsa verba etiam diserte adjicit unus e nostris codicibus. Ego Φησὶν sic intelligo: *Atqui dicit amicus tuus*, vel *aliquis ex amicis tuis*, *Compara opes*, *quo & nos habeamus.* Tum quod ait Epictetus, Εἰ δύναμαι &c. sic accipio: *Huic tu responde*, (vel, *Huic ego*, *si mihi sic diceret*; *responderem*,) *Si possum comparare*, - - - *monstrate mihi* (vos amici, qui hoc postulatis) *viam*. Sic solet Epictetus, variando personas, vim ac veluti vitam addere orationi.

§. 5. τὸν πιστόν. „Supple ἄνθρωπον. Sic alicubi." VPTON. — Videtur „Sic alibi" scribere voluisse. Sic sane sæpe τηρεῖν τὸν πιστὸν, τὸν αἰδήμονα, & similia usurpat Epictetus; quasi dicas *tueri virum bonum*, pro *viri boni nomen* vel *locum*, ut perspecte Heynius monuit. Vide Diss. II. 22, 20. I. 28, 23. II. 4, 2. II. 10, 18. IV. 4, 10.

CAP. XXV.

1. Προετιμήθη &c. „Atque hoc etiam caput ad libros Dissertationum pertinet. Lege adeo mox, [§. 5.] Οὐδὲν οὖν ἔχω ἀντὶ τοῦ δείπνου; Ἔχεις μὲν, &c. Consultor: *Nihil itaque cœnæ vice habeo?* Epictetus: *Habes quidem*,&c. Vide autem Dissert. III. 24, 44 sqq." VPTON. — Utique habet hoc caput (quemadmodum & caput 24.) verissimum colorem Dissertationum Epicteti; nec id mirum, quandoquidem ex eisdem Dissertationibus, quarum quidem non nisi pars ad nostram ætatem pervenit, collectum totum hunc libellum constat. Nec vero id satis caussæ est, cur scripturam ea ratione, quam Vptonus proposuit, mutatam velimus. Vide Not. ad c. 24, 3. Habemus infra in Enchir. caput 29. quod in Dissert. lib. III. c. 15. etiam nunc integrum exstat.

§. 5. τὸ μὴ ἀνασχέσθαι αὐτοῦ. „Αὐτοῦ, id est, *domini*. Vide ad Diss. I. 19, 21. Verte, *quod in ingressu insolentiam domini non toleraris*. Sed alii aliter. Lector suo fruatur judicio." VPTON. — Inserto cum mss̃tis, post αὐτοῦ, articulo τῶν, verte, *non tulisse janitores ejus*, i. e. *non sustinuisse janitorum ejus insolentiam*. Fortasse etiam ipsum vocabulum παροινιῶν non male adjectum habent nonnulli græci libri. De re conf. infra, cap. 33, 13. & Senec. de Const. Sap. c. 14 sq. tum Lucian. in Nigr. c. 22. T. I. ed. Hemsterh. p. 60. & Necyom. c. 12. T. I. p. 473. quos auctores ad h. l. laudavit Heynius.

CAP. XXVI.

Ἐξ ὧν οὐ διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. Deletis cum Paraphraste verbis πρὸς ἀλλήλους, hæc manet commoda sententia: *ex iis quæ judicamus ubi non agitur res nostra.* Sed verba ista reliqui omnes Enchiridii libri agnoscunt; neque opus esse videtur, ut ea solicitemus. Tractavi hunc locum in adnotationibus criticis ad Enchiridion.

CAP. XXVII.

Ὥσπερ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν οὐ τίθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται. *Quemadmodum scopus non ponitur ad aberrandum; sic nec mali natura in mundo exsistit.* Vtique concise nimis & ambigue dictum videri potest. Parum vero, me judice, proficiunt ii interpretes, atque longius etiam ab auctoris mente aberrant, qui cum Wolfio ad verba, οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ γίνεται, e superioribus repetenda ista, πρὸς τὸ ἀποτυχεῖν, censent. Equidem Simplicio adsentior, hoc dixisse Epictetum: Nihil in mundo (in omni hac universitate rerum a Deo procreatarum & administratarum) esse vel fieri, quod proprie, per se ac sua natura malum sit. (conf. A. Gell. VI. 1. & Sallust. περὶ Θεῶν καὶ Κόσμου, cap. 12.) Quæcumque enim in mundo sunt vel fiunt, ea sunt fiuntque Dei consilio ac voluntate, & pertinent ad scopum quem is sibi proposuit. Atqui malum est ἀποτυχία τοῦ σκοποῦ, id quod aberrat a scopo, quod excidit proposito, quod est contra naturam, quod repugnat rationi & optimo sapientissimoque consilio. Igitur, quemadmodum absurdum foret, si diceres, habere aliquem consilium aberrandi a suo scopo, habere aliquem propositum excidendi suo proposito; sic absurdum est dicere, Deum voluisse aliquid, (atque adeo esse aliquid vel fieri in mundo,) quod per se ac sua natura malum sit. (conf. cap. 30. & quæ ibi notamus.) Quâ sententiâ simul altera illa continetur: Quod si igitur est alicubi malum, est illud in nobis; nempe, partim in opinione nostra, in pravo nostro de rebus judicio; partim in voluntate nostra, cum nos, sive neglectu, sive pravo usu virium earum, quibus instruxit nos Deus, a Dei consilio & a recta ratione aberramus. Denique eâdem sententiâ & hæc continetur, (quæ & ipsa ad dilucidandam quæstionem de Mali natura & origine cum maxime pertinet) ne ipsum quidem hominem, si vel depravatissimum ponas, id quod pravum sit, tamquam

quam pravum, eligere posse; sed ad prava ferri, specie recti deceptum, suâ quidem plerumque culpâ. Cæterum, quod Simplicius in huius Capitis interpretatione in locum communem, ut Heynius ait, de origine Mali excurrit, quam eamdem quæstionem idem Interpres jam supra ad cap. VIII. (cap. 13. ed. Wolf.) copiose tractare cœperat; in eo nec in alienum ab Epicteti instituto campum evagatus, & in exponenda enodandaque ipsa illa maximi momenti quæstione, omnium in tota Philosophia longe difficillima, ita versatus mihi visus est, ut a nemine (quod sciam) vel ante vel post eum melius, a paucis æque commode & curate, eamdem tractatam mihi persuaserim.

C A P. XXIX.

Ἑκάστου ἔργου &c. „Confer Dissert. lib. III. cap. 15. unde huc translatum est totum hoc caput: sic placuit librariis. [Quidni ipsi Arriano? qui ex Epicteti Dissertationibus composuit Enchiridion.] Sed vide quæ notavimus ad lib. III. c. 15. Ex mutua collatione, plurima emendanda sunt. §. 2. Ex Diss. III. 15, 2. legendum: Θέλω Ὀλύμπια νικῆσαι. Κἀγὼ νὴ τοὺς θεούς· κομψὸν γάρ ἐστιν. ἀλλὰ σκόπει &c. [At nihil impedit, quo minus credamus, ab eodem ipso Arriano in singulis verbis, aut in minutis formulis orationis, nonnulla hic aliter posita fuisse atque in Dissertationibus.] Mox ibid. εἶτα εἰς τὸν ἀγῶνα παρέρχεσθαι. Hæc est lectio scioli alicuius, qui non intellexit ea quæ legas III. 15, 4. εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι, *deinde in pulvere palæstrico ruendo præverti.* Paulo post, §. 3. νῦν δὲ αὐλητάς, scribe ex Diss. III. 15, 6. νῦν δὲ ἀθλητάς. Corrige quoque §. 4. καὶ ἀκούσαντές τινος οὕτω λέγοντος, Ὡς Εὐφράτης λέγει! καί, Τίς οὕτω δύναται εἰπεῖν ὡς ἐκεῖνος! θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. *Et audientes aliquem sic dicentem, Vt Euphrates disserit! &, Quis ita disserere potest ut ille! volunt & ipsi philosophari.* Vide ad III. 15, 8. [Confer, si lubet, & nostras ad eumdem locum Notas, & epicrisin Varietatis Lectionis ad Enchir.] Mox §. 3. lege πᾶσαν θέαν, ἣν ἂν ἴδῃς. Et §. 5. & III. 15, 9. sic emenda: Πένταθλος εἶναι βούλει ἢ παλαιστής; εἰ παλαιστής, ἰδοὺ &c. Et §. 6. supple ex III. 15, 10. δοκεῖς ὅτι ταῦτα ποιῶν δύνασαι φιλοσοφεῖν; δοκεῖς ὅτι δύνασαι ὡσαύτως ἐσθίειν &c. Ad hunc modum reliqua ex III. 15, 10 sqq. emenda. Nam in Enchiridion ex libris Dissertationum totum hoc caput transtulerunt librarii."

rii." VPTON. — Vide quae ad Disf. III. 15. & ad Varietatem Lectionis in Enchirid. hoc capite adnotavimus.

CAP. XXX.

Τὰ καθήκοντα - - ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. „Vide Disf. lib. II. cap. 10. & IV. 4, 16. IV. 6, 26. IV. 10, 15. IV. 12, 16." VPTON.

σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει &c. Conf. cap. 1, 3. c. 5. & 20.

ἀπὸ τοῦ γείτονος - - τὸ καθῆκον εὑρήσεις. Intelligo *ἀπὸ τῆς τοῦ γείτονος σχέσεως.*

CAP. XXXI.

§. 1. *Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας* &c. „Confer Disfert. lib. I. cap. 12. II. 14, 11 sqq. III. 24, 113. III. 26, 28." VPTON.

§. 2. *μισεῖν τοὺς αἰτίους.* „Vide I. 22, 15. I. 27, 13. II. 22, 17. III. 4, 6." VPTON.

§. 3. *πέφυκε γὰρ πρὸς τοῦτο πᾶν ζῶον* &c. Conf. I. 22, 14. I. 27, 12. II. 22, 15 & 19. III. 3, 2. &c.

τεθηπέναι. „In marg. edit. Baf. *τεθαυμακέναι.* Atque hanc lectionem videtur agnofcere Simpl. in Comment. *καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν ἀσπάζεται, καὶ μεταδιώκει, καὶ ὡς μεγάλα τεθαύμακεν.*" VPTON.

§. 4. *Πολυνείκην καὶ Ἐτεοκλέα.* „Vide II. 22, 13 sq. IV. 5, 29." VPTON. — Conf. quae notavimus ad IV. 5, 29.

ὁ γεωργὸς λοιδορεῖ τοὺς θεούς. „Vide I. 27, 13. II. 22, 17. III. 4, 6. Mox articulum restitue, *ὁ ἔμπορος.*" VPTON.

ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. „Vide I. 9, 25. I. 27, 14." VPTON. — Satis intelligitur, non hoc dicere Philofophum, privatae utilitatis rationem unicum esse debere Pietatis adversus Deum fontem & fundamentum. Inverse magis, & negative quodammodo, accipienda sententia est: Quicumque nihil boni a Deo in se proficisci putat, quicumque contra laedi se nocerique sibi a Deo opinatur; is vero pietatis adfectu colere Deum non potest. Nempe respondet eis, qui putant, hominem, velit, nolit, multis malorum miseriarumque generibus extrinsecus incurrentium obnoxium esse. Atqui hoc qui putat,

tat, is aut omnino non gubernari a Deo res humanas existimet necesse est, aut ab ipso Deo, cujus sub imperio talia ipsi accidant, lædi se & noceri sibi opinabitur: adeoque grato animo reliquoque pietatis adfectu prosequi Deum non poterit. Quo igitur Pietatis ratio constet; monet, firmiter infixam animis nostris hanc persuasionem teneamus, optimo benignissimoque consilio Dei omnia gubernari: nihil, quod ab ipso proficiscatur, malum esse; (conf. cap. 27.) quidquid in rebus externis malum inesse, aut ab illis in nos incurrere posse videatur, id opinione nostra, non re ipsa malum esse: malum vere nominatum non nisi in nostra voluntate inesse, in pravo usu aut in neglectu facultatum viriumque a Deo nobis concessarum: illud igitur malum ut caveamus, in nostra situm esse potestate; quare in hoc omnem nostram curam convertamus, & Deo agamus gratias, eique vota faciamus, qui res nostras & universas ita disposuit atque gubernat, ut, nisi nos ipsi propria stoliditate & perverso mentis motu velimus, nullum malum nos adtingere possit.

§. 5. „*Σπένδειν δὲ καὶ θύειν καὶ ἀπάρχεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, ἑκάστοις* (potius cum nonnullis libris *ἑκάστοτε*) *προσήκει, καθαρῶς καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, μηδὲ ἀμελῶς, μηδὲ γλίσχρως, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.* Hæc omnia Socratica. *κατὰ τὰ πάτρια.* Sic Socrates apud Xenoph. Ἀπομν. lib. I. c. 3. f. 1. *ἥτε γὰρ Πυθία νόμῳ πόλεως ἀναιρεῖ ποιοῦντας, εὐσεβῶς ἂν ποιεῖν.* & Ἀπομν. IV. 3, 16. Vide legem Draconis, quam ex Porphyrio citavimus supra ad Dissert. I. 12, 7. Nec aliter Pythagoras:

> *Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκειται,*
> *τίμα.* [Aur. Carm. initio.]

Epictetus, *μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.* Socrates apud Xen. Ἀπομν. lib. I. c. 3. f. 3. *Ἐπαινέτης δ' ἦν καὶ τοῦ ἔπους τούτου,*

> *Καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.*

καὶ πρὸς Φίλους δέ, καὶ ξένους, καὶ πρὸς τὴν ἄλλην δίαιταν, καλὴν ἔΦη παραίνεσιν εἶναι, τήν, Καδδύναμιν ἔρδειν. Et Ἀπομν. lib. IV. c. 3. f. 10. *Νόμος δὲ δήπου πανταχοῦ ἐστι, κατὰ δύναμιν ἱεροῖς θεοὺς ἀρέσκεσθαι.* Sed vide supra ad Diss. I. 12, 7." VPTON. — De vi vocis *ἐπισεσυρμένως* vide Not. ad Diss. II. 5, 2.

CAP. XXXII.

§. 1. *Ὅταν μαντικῇ προσίῃς.* „Vide Diss. lib. III. c. 23. in initio." VPTON.

§. 2. εἰ δὲ μή, τρέμων &c. sive, ex nostra lectione, quae ex probato codice manuscripto ducta est, μηδὲ τρέμων αὐτῷ πρόσει &c. Verte: *neque tremens eum accede, sed ut qui compertum habeas, quidquid eventurum sit, id indifferens esse & nihil ad te; qualecumque vero id fuerit, fore ut tibi eo recte liceat uti, neminemque fore qui prohibere hoc possit.*

καὶ τίνων παρακούσῃς. „παρακούσῃς ἄν, vel cum Simplicio παρακούσεις." VPTON.

§. 4. „ἀλλ' ἔνι λόγος, καὶ σὺν τούτοις παρίστασθαι τῷ Φίλῳ, καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. Scribitur ἀλλ' ἐρεῖ. Vnde legendum, αἱρεῖ λόγος. Modus loquendi, Platoni, Epicteto, & Antonino [multisque aliis Graecis scriptoribus] familiaris. Vide ad I. 29, 28. & ad II. 2, 20. Repone itaque, ἀλλ' αἱρεῖ λόγος καὶ σὺν τούτοις παρίστασθαι τῷ Φίλῳ, καὶ πατρίδι συγκινδυνεύειν. *sed ratio eligit*, dictat, suadet, *etiam cum his opitulari amico, & cum patria* [*pro patria*] *discrimen adire.*" VPTON.

ὃς ἐξέβαλε τοῦ ναοῦ τὸν οὐ βοηθήσαντα ἀναιρουμένῳ τῷ Φίλῳ. „Extat historia apud Aelian. lib. III. c. 44. & apud Simplicium in Comment. [p. 258. sq.] Vide quoque Galen. Exhort. ad Med. & Art. cap. 5. edit. Goulst. Verba oraculi sic apud Simplicium scribe:

Ἀνδρὶ Φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐπαμύνας,
ἤλυθες; οὐ καθαρὸς περικαλλέος ἔξιθι σηκοῦ.

Tu qui praesens aderas amico morienti, nec tamen juvisti, huc venisti? Homo impure, profane, exi e pulchro templo." VPTON.

CAP. XXXIII.

§. 1. Τάξον τινὰ ἤδη χαρακτῆρα. „Vide Dissert. lib. III. cap. 23. in initio." VPTON.

§. 2. σπανίως δέ ποτε &c. „Conf. lib. III. c. 16." *Idem.*

§. 5. ἐκ τῶν ἐνόντων. „*Totis viribus; quantum fieri potest.* Sic autem accipi posse arbitror τὰ ἐνόντα, Luc. 11, 14. nisi adjiciatur πάντα. *H. Steph. in Lexico.* Male hunc locum acceperunt interpretes." VPTON. Hunc quidem Enchiridii locum recte ab omnibus interpretibus acceptum video, Meibomio excepto, *qui super quibuslibet rebus* interpretatus est; quod graece sonaret ἐπὶ τοῖς τυχοῦσι. Lucae locus, quem H. Steph. spectavit, est in Evang. cap. XI. vs. 41. ubi loca nonnulla a Wettstenio col-

collecta habes, quibus dictio ἐκ τῶν ἐνόντων eodem fere modo, ut hîc, usurpatur. Vide Indic. nostrum in Appianum. Conf. Epict. Fragm. 108. De toto vero hoc præcepto consuli merentur quæ commentatus est Hierocles in Aur. Carm. vs. 2. p. 38 sq. Ed. Lond. 1742. Adde Jambl. in Vita Pythag. sect. 150.

§. 6. ἑστιάσεις τὰς ἔξω (vel ἐξωτικὰς) καὶ ἰδιωτικάς. *Convivia cum hominibus extraneis & rudibus; disciplina non imbutis.*

ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος. „Vide lib. III. cap. 16. in initio." VPTON.

§. 7. παραλάμβανε. „Edit. Ven. & Bas. παραλαμβάνειν, quod eodem redit." VPTON.

ὡς νόμιμόν ἐστι. ὧν νόμιμόν ἐστι, *qua fas est uti; qua uti absque flagitio licet;* id est, non contra naturam, nec ita ut injuria cuipiam inferatur.

ὅτι αὐτῷ οὐ χρῇ. „Potius cum Simplicio, ὅτι αὐτὸς οὐ χρῇ." VPTON.

§. 10. Εἰς τὰ θέατρα &c. Vide lib. III. c. 4." *Idem.*

ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν. „*Admirationi fuisse tibi spectaculum;* contra præceptum, Μὴ θαυμάζειν, *Nil admirari.* Vide ad I. 29, 3. II. 6, 2. III. 20, 8." *Idem.*

§. 11. Εἰς ἀκροάσεις. „Vide lib. III. c. 23. ubi plura de sophisticis recitationibus." *Idem.*

§. 12. πρόβαλε σεαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν &c. „Vide II. 18, 21 sq. II. 13, 4. Vide etiam Longin. de Sublim. sect. 14. M. Anton. XI. 26. Senec. Epist. XI. *Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus.*" *Idem.*

§. 13. Ὅταν φοιτᾷς &c. „Vide II. 13, 17 sqq. Mox εὑρήσεις αὐτὸν, id est, *dominum.* Sæpius monui." *Idem.*

οὐκ ἀνοιχθήσονταί σοι αἱ θύραι. Immo, ex librorum præscripto, ὅτι ἐντιναχθήσονταί σοι, *fore ut in os tibi impingantur fores.* Conf. quæ alibi adnotavimus ad Var. Lect. in Enchir.

οὐκ ἦν τοσούτου. „Eadem verba habes supra, II. 6, 23." VPTON.

διαβεβλημένου πρὸς τὰ ἐκτός. „Mallet Wolfius καταβεβλημένου, *ejus qui projectus sit ad res externas, qui humi*

humi sit abjectus, & rerum externarum mancipium. Nisi διαβεβλημένου sit ejusdem significationis. Simplicius in Comment. [p. 284 sq.] ἰδιωτικὸν δὲ ἑκάτερον, καὶ οὐ καλῶς χρωμένων τοῖς ἐκτὸς, οὐδὲ ὡς ἔχει Φύσεως, ἀλλὰ μεγάλα αὐτὰ νομιζόντων." VPTON. — διαβεβλημένος πρὸς τὰ ἐκτὸς idem sonat ac δυσχεραίνων vel ἀγανακτῶν τοῖς ἐκτὸς, ut alibi docui; *qui rebus externis offenditur;* & oppositum est τῷ θαυμάζειν, de quo modo dictum ad §. 10. extr. Eamdem in sententiam cap. 4. extr. ἀγανακτεῖν πρὸς τὰ γινόμενα dixerat.

§. 15. ὀλισθηρὸς γὰρ ὁ τρόπος. „Haud aliter locutus est Epictetus Dissert III. 12. 6. ὁ πολὺς ὄλισθος τῶν Φαντασιῶν. Malit Wolfius τόπος, *locus.*" VPTON.

CAP. XXXIV.

Φύλασσε σεαυτὸν &c. „Auctiores Simplicii codices, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, Φύλασσε σαυτόν. Auctior adhuc Stobæus: [Serm. XVII.] Ὅταν ἡδονῆς τινος Φαντασίαν λάβῃς, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων Φαντασιῶν, Φυλάσσου, μὴ συναρπάζου [συναρπάζῃ lege] ταχέως. ἀλλ' ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα· καὶ μικρὰν ἀναβολὴν αὐτὸς παρὰ σεαυτοῦ λαβὼν, ἐπισκόπησον τὴν Φαντασίαν καθ' οὓς ἔχεις κανόνας, καὶ πειρῶ κρατεῖν τῶν ἡνιῶν. Plus vice simplici (ut mihi videtur) in publicum prodiere tum Dissertationes Epicteti, tum Manuale, etiam dum superstes esset Arrianus. Sed primum eo inscio; postea eas Dissertationes, emendatiores & auctiores, edidit cum Epistola ad L. Gellium; & Manuale Epicteti, cum Epistola ad Messalinum. Hinc illæ passim variæ & discrepantes lectiones, quæ non videntur a librariis proficisci." VPTON. — Verba ista, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, non Simplicius modo, sed omnes nostri codices Enchiridii agnoscunt. Quæ varietates scripturæ in Dissertationibus Epicteti occurrunt, librariorum potissimum vel diligentiæ vel negligentiæ debentur: in Enchiridion multa passim ex interpretamento partim invecta esse, partim mutata, passim observavimus in epicrisi nostra quam Varietati Lectionis in uberiore hujus libelli Editione adjunximus.

ἐκδεξάσθω σε τὸ πρᾶγμα. „Vide Dissert. II. 18, 24. III. 12, 15." VPTON.

καθ' ὃν ἀπολαύσας, ὕστερον μετανοήσεις &c. Conf. III. 25, 1 sqq.

CAP.

CAP. XXXVI.

Ὡς τὸ, ἡ ἡμέρα &c. „Conf. Diſſ. I. 25, 11 ſq. Sed hoc modo edit. Ven. *Ὡς τὸ ἡμέρα ἐστι καὶ νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν, πρὸς λείπει δὲ τὸ κοινὸν ἐν ἐσθιάσει, οἷον μὴ Φυλάξει, ἀπαξίαν ἔχει. ὅταν οὖν* &c. Edit. Baſ. *πρὸς * λείπει * δὲ τὸ κοινὸν ἐν ἑστιάσει*, &c. Ad oram vero hæc ſunt verba, *πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμένον (ἢ συνημμένον) ἀπαξίαν. οὕτω καὶ τῶν προκειμένων τὰ μείζονα ἑλεῖν, πρὸς μὲν τὸ σῶμα μεγάλην ἔχει ἀξίαν. πρὸς δὲ τὸ κοινόν.* Paulo aliter Simplicius. Ego vero ſequor noſtrum optimum codicem.“ VPTON. — De varia huius loci ſcriptura copioſe alibi diximus, quæ nil adtinet hic repetere. Quod ad argumentum ſpectat, meminerimus, dialecticis tricis mire delectatos eſſe Stoicos; atque etiam Chryſippum præſertim, maximum Stoæ lumen, plurimum boni otii in illis minutiis conſumſiſſe. Iam iſtum morem minime quidem probatum fuiſſe Epicteto, ſatis ipſe in Diſſertationibus quavis occaſione declaravit: ſed adeo invaluerat ille mos in Stoicorum ſcholis, ut prorſus præterire ejus generis ſubtilitates in inſtituendis diſcipulis ne Epicteto quidem, quamquam graviora unice ſpectanti ſpirantique, liceret. Ex incredibili illo Dialectices ſtudio Stoicorum natus & hic mos erat, ut ſubinde ad explicanda, declaranda, inculcanda ethica præcepta ſimilitudinibus uterentur e media dialectica arte petitis. Pro eo more utitur nunc Epictetus decantatiſſimis illis formulis, quibus in doctrina de enunciationum conjunctione & disjunctione uti in ſcholis conſueverant; easque ad præceptum ethicum adcommodat, cujus hæc eſt ſummatim ſententia: Quemadmodum recte adfirmare poteris, *eſſe diem;* recte item, *eſſe noctem;* ſi ſeparatim unumquodque horum ſuo tempore locoque adfirmes: ſed, poſito uno, non ſimul eodem loco ac tempore adfirmare licet alterum; ſic multæ occurrunt res in vita hominum, quæ, ſi eas ſolas per ſe ſpectes, utique fortaſſe dignæ fuerint quæ a te æſtimentur ſeliganturque; eædem vero rurſus, ſi cum aliis rebus momentisque conferantur, quæ ſimul in cenſum venire debent, & quibuscum illæ ſtare non poſſunt, perdunt hoc reſpectu ſuam dignitatem, adeoque relinquendæ ſunt & rejiciendæ. Sic multa, quæ uno loco aut tempore conveniunt, non conveniunt alio: multa, verbi cauſſa, quæ merito ſeligere & ſumere nobis poſſumus, cum ſoli ſumus, relinquenda ſunt & omittenda, ubi cum aliis verſamur hominibus, quibuscum certæ nobis relationes intercedunt,

cedunt, quibus certa quædam decori officia, aut obfervantiam quamdam, debemus. Cujus præcepti vim in definito aliquo rerum genere declaraturus Epictetus, utitur eo ad notandam multorum ea ætate hominum, philofophiam profitentium, *ἀπειροκαλίαν* & decori omnis neglectum, qui cœnas divitum cupide fectantes, in ipfis conviviis aviditate fua & ingluvie turpiter plerumque fe dare confueverant: quod genus hominum eodem nomine paffim a Luciano notatos videmus, in Nigrino, in Timone, aliisque locis, quæ ab Heynio, viro docto, in hujus capitis interpretatione laudata funt.

CAP. XXXVII.

Mutata diftinctione orationis, fic accipies fententiam: *Si quam perfonam, quæ fit fupra vires tuas, fusceperis; cum in hac ipfa indecore te geres, tum eam, quam fustinere potueras, omiferis.*

CAP. XXXVIII.

Οὕτω πρόσεχε, μὴ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς. Comparationem inftitutam fic accipe: *Si pes læfus eft, ægre ambulabis: multo magis, fi vis directrix læfa, vitæ viam male conficies.*

ἀψόμεθα τοῦ ἔργου. Cum *ἀψώμεθα* fcriptum effet in Vptoni contextu, errore operarum ex Wolfiana editione fecunda (quæ eft Bafileenfis quarta) per Col. Cant. & Lond. propagato; monuit idem Vptonus in Nota ad hoc caput, *ἀψόμεθα* effe corrigendum. Itaque ad editoris præfcriptum in ipfo contextu correxi errorem.

CAP. XXXIX.

Μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ ποὺς ὑποδήματος. „Horat. Epift. Lib. I. 10, 42.

Cui non conveniet fua res, ut calceus olim,
fi pede major erit, fubvertet, fi minor, uret.

Et Epift. lib. I. 7, 98.

Metiri fe quemque fuo modulo ac pede, verum eft."

VPTON. — In Demophili Ὁμοίοις p. 615. ed. Galei habes dictum in eamdem fere fententiam: *Καὶ ὑπόδημα καὶ βίος ἁρμόττων ὁ ἀλυπότερος.*

ἂν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου στῇς. „Sic edit. Ven. & Baf. At in ora [ed. Baf.] habet *ἐπὶ τούτοις*, ubi transitio fit a fingulari ad pluralem: refertur enim ad *ὑποδήματος.*" VPTON. Equidem fic accipiendum putabam: *fi in hoc confiftis*, nempe quod corpus defiderat; vel *in hoc*, ut poffeffionis defiderium termines eis rebus quæ corpus indiget.

ἐὰν

ἐὰν ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπερβῇς. „Dicunt Græci ὑπὲρ πόδα, *supra modum*: περὶ πόδα, *intra modum*, *congruenter*; metaphorice, a calceis qui pedibus bene quadrant. Lucian. in Dial. pro Imag. ταῦτά σοι ἔκμετρα ἔδοξε καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. & alibi.“ VPTON.

εἶτα κεντητόν. „Sive artificiose disſectos, ſive pictos, ſive gemmis aut imaginibus interpunctos calceos ſignificare videtur. *Wolfius*. Ταύτῃ (lege τοιαύτη) δὲ ἦν, ὡς ἔοικε, παρὰ Ῥωμαίοις καὶ περὶ τὰ πορφυρᾶ καὶ κεντητὰ περιεργία, ὥστε καὶ τῶν καταχρύσων αὐτὰ προτιμᾶσθαι. Simplicius in Comment.“ VPTON. Κεντητὸν, ut Heynius monuit, eſt idem quod κατάστικτον, *acu pictum*, phrygionis opera. Iſtam veluti gradationem, quæ indicatur, in luxu circa calceos, quæ jam Simplicio mira viſa erat, ignoravit vel disſimulavit Nilus, εἶτε pro εἶτα ſcribens, *ſive decoratus*, *ſive purpureus*, *ſive acu pictus*.

CAP. XL.

Κυρίαι. „*Dominæ*. Vide Servium ad Virgil. Æn. V. 375. & Sueton. in Claud. c. 39. Senec. de Benef. lib. III. [cap. 33.] p. 300. edit. Lipſ.“ VPTON.

αἰδήμονες ἐν σωφροσύνῃ. „Alia lectio eſt, σὺν σωφροσύνῃ.“ IDEM. De ſcripturæ varietate alibi dictum eſt.

CAP. XLI.

Ἀφυΐας σημεῖον. *Abjectioris*, *parum generoſi ingenii indicium eſt*.

ὀχεύειν. „Repone ἐπὶ πολὺ ὀχεύειν.“ VPTON.

περὶ δὲ τὴν γνώμην -- ἐπιστροφή. Verte: *circa mentem vero omnis tua cura verſetur*.

CAP. XLII.

Ὥστε εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται. „Auctiora quædam leguntur apud Stobæum: [Serm. I.] Ἀλλὰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται. τίς οὖν ἐξήπαται; ἐκεῖνος. τίς οὖν βλάπτεται; ὁ ἐξηπατημένος.“ VPTON. Vide Notas noſtras ad Lectionis Varietatem in uberiore Enchiridii editione.

ἀπὸ τούτων οὖν ὁρμώμενος. Verte: *ab his igitur initiis profectus*; id eſt, *ita animo comparatus*.

CAP. XLIII.

Πᾶν πρᾶγμα &c. „Confer Disſert. lib. I. c. 2. in initio; & III. 10, 19. Item M. Anton. VIII. 46.“ VPTON. Conf. ſupra cap. 30. & Xenoph. Mem. II. 3. laudatum Heynio ad h. l.

CAP. XLIV.

Οὗτοι οἱ λόγοι ἀσύνακτοι. „Confer Disſ. III. 14, 11. ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συνακτοί. Verte, *Illi vero potius concludentes;* vel, *concludendi vim habentes.* Utique autem συνακτικοί legendum, præeuntibus optimis libris, & ſic volente uſu. Conf. Sextum Emp. Pyrrh. Hyp. II. 137. & adv. Mathem. VIII. 303 ſq. & 415 ſqq.

CAP. XLV.

Λοῦεταί τις ταχέως. „Vide Diſſ. IV. 8. in initio. Item III. 8, 5. III. 17, 7 ſq. & M. Anton. VIII. 49." VPTON. Ταχέως, *cito, maturius, ante tempus diei vulgo ſolitum.*

οὕτως οὐ συμβήσεταί σοι, ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, ἄλλαις δὲ συγκατατίθεσθαι. „Sic Ms. Haſnienſis, οὕτου οὐ, cum negatione: At libri maxima ex parte habent οὕτως οὖν συμβ. ſed hanc lectionem non probo. Vide Diſſ. III. 8, 4. οὐδέποτε γὰρ ἄλλῳ συγκαταθησόμεθα, ἢ οὗ φαντασία καταληπτικὴ γίνεται. *His ſi aſſueverimus, proficiemus,* inquit; *neque enim unquam alii rei aſſentiemur, quam quod ipſum viſum renunciat.* Hoc quoque in loco idem eſt ſenſus. Οὕτως οὐ συμβήσεταί σοι, *Sic* faciendo, ſecundum hoc præceptum, *non tibi continget,* ἄλλας μὲν φαντασίας καταληπτικὰς καταλαμβάνειν, *alia viſa comprehenſibilia percipere,* (τοῦτ᾽ ἔστιν αἰσθάνεσθαι, inquit Simplicius. Vide Cicer. Acad. I. 12. [aliis I. 11.] Lucian. in Sympoſ. p. 644. [c. 23.] M. Anton. IV. 22. VII. 54.) ἄλλαις δὲ συγκατατίθεσθαι, *aliis vero aſſentiri.* (τουτέστι τὴν κρίσιν ἐπάγειν, ſenſu ſane commodo, & per ſe ſatis luculento.) Sed aliter interpretes." VPTON. Eam ſententiam huic præcepto ineſſe, præclare jam Wolſius viderat monueratque. Scripturæ varietatem alibi diſcuſſimus. Οὕτως, inquit, (id eſt, καὶ τοῦτ᾽ ἐὰν ἐφ᾽ ἑκάστου ποιῇς vel παραφυλάξῃς, ut eſt cap. 38.) οὐ συμβήσεταί σοι, ἄλλων μὲν φαντασίας καταληπτικὰς λαμβάνειν, ἄλλοις δὲ συγκατατίθεσθαι, *Sic non accidet tibi, aliarum rerum viſa comprehenſibilia accipere, aliis vero adſentiri:* id eſt, *aliud ſenſu percipere,* quod proinde evidens ſit atque certum; *aliud* (quod nempe tua imaginatio aut præproperum judicium adjiciat, vel in locum alterius ſubjiciat) *tibi perſuadere & pro vero habere,* quaſi id ipſum ſenſu percepiſſes. De φαντασίᾳ καταληπτικῇ vide loca ab Vptono citata, & Sextum Empir. paſſim; de συγκαταθέσει, Cic. Acad. II. 12. Senec. Ep. CXI. A. Gell. XIX. 1.

CAP.

CAP. XLVI.

§. 1. *Μηδαμοῦ σαυτὸν εἴπῃς φιλόσοφον, &c.* „Vide Disfert. IV. 8, 17 & 35." VPTON.

ἀλλ' ἔσθιε ὡς δεῖ. „Vide Disf. lib. I. cap. 13. I. 4, 20. III. 21, 5. IV. 4, 8." IDEM.

οὕτω καὶ Σωκράτης. „Vide III. 23, 22. IV. 8, 22." IDEM.

ἠνείχετο. *ἀνείχετο* expreſſum erat in Vptoni contextu, operarum errore, quem correxi.

§. 2. *σιώπα τὸ πολύ.* „Conf. ſupra cap. 33, 2. & vide Disf. I. 29, 32. III. 13, 7. III. 14, 2. IV. 4, 26. Juvenalis, de Stoicis: [II. 14.] *Rarus ſermo illis.*" VPTON.

εὐθὺς ἐξεμέσαι. „Vide II. 9, 17 ſqq. III. 21, 1." IDEM.

ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα, οὐ τὸν χόρτον ἐξεμέσαντα, τοῖς ποιμέσιν ἐπιδεικνύει, πόσον ἔφαγεν. „Huic lectioni favet Simplicius. Edit. Ven. & Baf. *ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα, οὐ χόρτον φέροντα τοῖς ποιμέσιν ἐπιδεικνύει, πόσον ἔφαγεν.*" IDEM.

CAP. XLVII.

Ὅταν εὐτελῶς ἡρμοσμένος ᾖς. „Confer Disf. lib. III. cap. 12." VPTON. — Verte: *Quodſi tenui uteris corporis cultu.*

ὅτι ὕδωρ πίνω. „Recte Ms. Hafn. *πίνω*, vulgo *πίνεις*. Sed vide Disf. III. 14, 4." VPTON.

ἀλλ' ἐννόει πρῶτον, πόσῳ λιτότεροι ἡμῶν εἰσιν οἱ πτωχοὶ, καὶ πόσῳ καρτερικώτεροι. „Hæc omnia, uti & mox *καὶ καρτερίαν*, ſupplet noſter optimus codex, ſuccinente Simplicio in Comment. Sed alii libri non agnoſcunt." VPTON. Nempe iſta e Simplicii Commentario a viro induſtrio adnotata erant ad oram libri, quo uſus Vptonus eſt.

σεαυτῷ. Intellige *ἀσκῆσαι θέλε.* *Tibi ipſi exercere te velis*, ſcil. ut tu proficias; non, ut alii te videant & admirentur. Eâdem ſententiâ III. 12, 17. ait, *ὅταν θέλῃς σαυτῷ ἀσκῆσαι.*

μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε. „Vide ad Disf. III. 12, 2. Male Simplicius interpretatur." VPTON.

ἀλλὰ διψῶν ποτε &c. „Idem præcepit Apollonius; vide III. 12, 17." IDEM.

CAP. XLVIII.

§. 1. *Ἰδιώτου στάσις.* „Confer Disf. lib. III. cap. 19. Vide etiam lib. I. c. 21." VPTON. — Conf. ſupra, c. 29, 7.

§. 2. Σημεῖα προκόπτοντος. „Vide ſupra, cap. 5. & Diſſ. I. 26, 15. Vide & lib. I. c. 4. lib. II. c. XI. & cap. 17." VPT.

περίεισι δὲ καθάπερ οἱ ἄῤῥωστοι. Confer omnino Diſſ. III. 13, 21.

τῶν καθισταμένων. „Nonnulli libri τῶν καθεστώτων, *eorum quæ recepta ſunt, quæ jam adſunt.* Sed malit Wolfius, ut alii codices habent, τῶν καθισταμένων, pro ἀποκαθισταμένων, *eorum quæ incipiunt reſtitui in integrum;* ut ſignificetur initium καὶ τὰ πρῶτα recuperandæ valetudinis." VPTON. — Κινεῖν τὰ καθεστῶτα, eſt, *res novas moliri;* κινεῖν τὰ καθιστάμενα rectiſſime hoc loco, pæne ad verbum, convertes, *movere & turbare ea, quæ jam componi ſedarique cœperant.* Cum de re, tum de dictione, confer omnino Senec. Epiſt. 7. initio.

§. 3. ὄρεξιν ἅπασαν ἦρκεν ἀφ' ἑαυτοῦ. Conf. ſupra, cap. 2, 2. & loca ibi in Notis citata. Perperam ἦρχεν ſcriptum hic erat in Vptoni contextu; quo de errore nihil quidem in Notis monuit editor, ſed in Indice eum correxit. Pro ἀφ' ἑαυτοῦ, recte ἐξ ἑαυτοῦ dant plerique libri. conf. Diſſ. I. 4, 1.

τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. Vide quæ ſupra notavimus ad cap. 2, 1.

CAP. XLIX.

§. 1. Ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν &c. „Confer Diſſert. I. 4, 6 ſqq. II. 19, 5 ſqq. II. 23, 44." VPTON.

τὰ Χρυσίππου. „Addunt βιβλία edit. Ven. & Baſ. Sed non agnoſcit Simplicius cum aliis libris." VPTON. Nempe non habebat eam vocem ed. Ven. 1. cum uno e noſtris codicibus non optimæ notæ: omiſſaque eſt in ed. Heinſ. & Meib. Cæteri omnes ſcripti libri, & ante Vptonum editi, uno conſenſu eamdem agnoſcunt.

εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει. „Vide ad Diſſ. I. 17, 13." VPTON.

§. 3. ἐπανάγνωθί μοι Χρυσίππου. Ex ſcriptura probati codicis Pariſienſis, ἐπανάγνωθι τὸ Χρυσίππειον, *prælege, vel, explica penſum ex Chryſippo.*

CAP. L.

Ὅσα προτίθεται. Heynius, cum pleriſque Interpretibus, intelligit *Quæ proponuntur a philoſophis;* & præſertim quæ in hoc ipſo libello propoſita ſunt. Ego ſic acceperam: *Quæ tibi propoſita ſunt;* id eſt, *quæ tu tibi propoſuiſti;* & contuleram id, quod ait infra, §. 2. (nobis cap. 51, 2.)

51, 2.) πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος. conf. etiam ſupra, cap. 22. In eamdem ſententiam verba iſta Simplicius accepiſſe videtur, p. 321. b. δεῖ τῷ προτεθέντι ὡς ἀγαθῷ καὶ ὠφελίμῳ ἐμμένειν βεβαίως. Commodius tamen, fateor, pro iſta ſententia, foret προτέθειταί σοι, vel προτέθεισαι, vel προέθου. Conf. Diſſ. III. 25, tit. & ibid. vſ. 1. Itaque vide, ne verbum προτίθεται notione maxime nativa accipi hic debeat, *quæ ante ponuntur*, id eſt, *quæ ſupra poſita*, *quæ adhuc præcepta ſunt; quæcumque præcepta in his, quæ ſupra ſcripta ſunt, continentur.* Simili quadam notione eodem verbo paſſim Polybius uſus eſt, pro *ante locare*, *præmittere*, *initio ponere*, I. 33, 9. III. 118, 11. IV. 25, 6. VIII. 13, 1. Nunc, cum indefinite enunciatum ſit ὅσα προτίθεται, utraque fortaſſe ſententia haud abſurde conjungi poterit.

ὅ, τι δ' ἂν ἐρῇ τις περὶ σοῦ, μὴ ἐπιστρέφου. „Quid loquantur, vide ſupra, cap. 22. Cæterum alludere videtur, monente ad locum Simplicio, ad dictum illud Pythagoreum, Εἰς τὸ ἱερὸν ἀπερχόμενος μὴ ἐπιστρέφου, *Ædem ingreſſus, ne te convertas.*" VPTON. Μὴ ἐπιστρέφου nil aliud ſonat, niſi *nihil cura.* vide Indicem.

§. 1. (*Nobis Cap.* LI. 1.) Εἰς ποῖον οὖν ἔτι χρόνον ἀναβάλῃ. (immo ἀναβάλλῃ.) „Vide Diſſ. lib. II. cap. 18. in fine; & lib. IV. cap. 12." VPTON.

τὸ τῶν βελτίστων ἀξιοῦν σεαυτὸν, *rebus optimis dignum te judicare.* Liceat huc transſcribere, quæ, ut docte, ſic percommode, ad hunc locum HEYNIVS adnotavit: „Valde uſitata philoſophis loquendi ratio, *adſpirare ad pulcherrima quæque*, ſapientiam videlicet & virtutem: itaque infra idem dicit, ἀξίωσον σεαυτὸν βιοῦν ὡς τέλειον, fere ut ille Virgilii:

Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum
finge deo.

conf. ſup. c. 22. Lucian. Demon. p. 858. πάντων τούτων (*dignitatum, honorum, & opum*) ὑπεράνω γενόμενος, καὶ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν βελτίστων, πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν. Contra ii, qui ad dignitates civiles evehuntur, τῶν μειζόνων, τῶν μεγίστων ἀξιοῦσθαι dicuntur. cf. Lucian. Dial. Mort. 12. p. 286."

τὸν διαιροῦντα λόγον. „*Rationem dividentem; ſeu diſtinctionem rationis:* aut, ſi magis placet, *orationem distributricem.* Eam partitionem rationis intelligo, qua initio dixit. *Quædam in poteſtate noſtra eſſe, quædam non eſſe.* Quid vero, ſi τὸν δὴ αἱροῦντα λόγον legas? frequens Stoicis

cis formula, *ἕως ἂν ὁ λόγος αἱρῇ.*" *Wolfius.* — „Ingenioſe Wolfius: cujus ſi primam interpretationem admittendam cenſes, confer Diſſ. I. 22, 11. II. 2, 14. II. 5, 4. & Ench. c. 16. & cap. 18. Si alteram, vide quæ notantur ad Diſſ. I. 29, 28. & ad II. 2, 20. Vide quoque Indicem in v. *αἱρέω*. Sed magis placet, ut verum fatear, *τὸν αἱροῦντα λόγον*, *dictantem rationem*. Simplicius in Comment. [p. 323. b.] *ἐν μηδενὶ παραβαίνειν τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλὰ κατ᾽ αὐτὸν πάντα ἐνεργεῖν, καὶ ὀρεγόμενον καὶ ἐκκλίνοντα.* Sed quiſque ſuo fruatur judicio." VPTON. Haud dubie præferenda prior Wolfii interpretatio; nec ulla cauſſa erat, cur ſolicitaretur vulgata & conſtans librorum ſcriptura.

τὰ θεωρήματα. „Hujusmodi *θεώρημα* eſt ſupra, cap. 46, 1. *ἔσθιε ὡς δεῖ*, ut Meibomius obſervabat. Caput 33. nihil aliud, niſi ejusmodi theoremata habet. Vide infra, cap. 51. [nobis c. 52.]" VPTON.

οἷς ἔδει σε συμβάλλειν, καὶ συμβέβληκας. Sicut Simplicius *συμβάλλειν* h. l. per *συνθέσθαι* interpretatur p. 323. b. ſic Epictetus ipſe per *συγκαταθέσθαι*, IV. 6, 12.

καὶ ἀεὶ ὑπερθέσεις &c. Scripturam, quam ſequor, *καὶ ἀεὶ προθέσεις ἐκ προθέσεως ποιῇ*, ſic verto, *& prorogationem ſemper ex prorogatione nectis.* *πρόθεσις* non modo ſonat *propoſitum*, ſed & idem valet ac *προθεσμία*, *conſtituta dies.* Simili fere phraſi latine dicitur, *diem ex die ducere.* Cæſ. de Bell. Gall. I. 14, 1.

§. 2. *καὶ ὅτι παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν ἢ ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται.* „Minima mutatione reſtituit hunc locum Caſaubonus ad Perſium, p. 395. *Καὶ ὅτι παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν, ἢ οὔ, ἀπόλλυται προκοπὴ, ἢ σώζεται.* Senſus eſt: *Semel victum eſſe & ceſſiſſe, aut non, deſtruit profectum vel ſervat.* Simplicius tamen aliam agnoſcere videtur lectionem: *παρὰ μίαν γὰρ ἡμέραν καὶ ἓν πρᾶγμα ἡ σὴ προκοπὴ καὶ σώζεται καὶ ἀπόλλυται.* *Ob unum enim diem & unam rem, tua progreſſio & conſervatur & perit.*" VPTON. De Caſauboni conjectura quid ſtatuendum, alibi docui. Simplicii lectionem, quæ mihi, perpenſis omnibus momentis, unice vera viſa erat, ſic verto: *per unum diem, per unamque rem*, (ſcil. ſive bene, ſive male geſtam) *vel perire profectum*, (progreſſionem in virtutis & ſapientiæ via) *vel ſervari.*

§. 3. *Σωκράτης - - μηδενὶ ἄλλῳ προσέχων ἢ τῷ λόγῳ.* „Verba Socratis apud Plat. in Critone: [cap. 6. p. 131. ed. Forſt.] *ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ, τοιοῦτος,*

οἷος

οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ, ὅς ἄν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. Vide Disf. III. 23, 21." VPTON. — Totum locum pro ea lectione, quam mihi probari significavi, latine sic converto: *Socrates hoc modo is, qui fuit, evasit; cum in omnibus, quæ ipsi afferrentur, nullius rei respectum haberet nisi Rationis.*

CAP. LI. (*Nobis CAP. LII.*)

Ὁ πρῶτος καὶ ἀναγκαιότατος τόπος. „Vide quæ supra notantur ad Disfert. lib. III. cap. 2. ubi agitur de tribus in Philosophia Ethica locis. Hic agitur de tribus in Dialectica locis. Cæterum Stoici totam disserendi artem ad vitæ officia revocabant." VPTON.

CAP. LII. (*Nobis CAP. LIII.*)

§. 1. Ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ. „Vide Disf. II. 16, 42. IV. 1, 131. IV. 4, 34. Versus sunt Cleanthis, Stoici philosophi, Asso nati; uti monuit Simplicius ad locum: ὃς μαθητὴς μὲν ἐγένετο Ζήνωνος, διδάσκαλος δὲ Χρυσίππου, τούτου καὶ ἀνδριάντα θαυμαστὸν ἐν αὐτῇ Ἀσσῷ ἐθεασάμην, δεῖγμα τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου, πρὸς τιμὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀνατεθέντα. ubi pro δεῖγμα, legit Menagius ad Laërt. VII. 168. δόγματι τῆς Ῥωμ. συγκλ. *senatus Romani decreto.* Sic apud Herodian. [& alios] δόγμα τῆς συγκλήτου. Sed vide Laërtium in Vita Cleanthis. Sic versus reddidit Seneca, Epist. CVII.

Duc me, parens, celsique dominator poli,
quocunque placuit. Nulla parendi mora est.
Assum impiger. Fac nolle: comitabor gemens;
malusque patiar, quod bono licuit pati.

Confer Disf. II. 16, 47. M. Anton. VI. 42. & X. 28. Cæterum in initio hujus capitis corrupta sunt, quæ plerique codices exhibent. Sic enim edit. Ven. & Bas. Ἐπὶ παντὸς προχείρου, εὐκτέον ταῦτα. Quæ vertunt, *In quovis incepto hæc optanda sunt.* Recte Salmasius in Simplicium p. 7. Ἐπὶ παντὸς πρόχειρα ἐκτέον ταῦτα. Vide Indicem in v. πρόχειρος. Eadem verba occurrunt apud M. Anton. VI. 48. διὸ καὶ πρόχειρα αὐτὰ ἑκτέον." VPTON.

§. 2. συγκεχώρηκεν. „Male vulgo συγκεχώρηκε, contra metrum. Versus sunt Euripidis." VPTON. Ex incerta Tragœdia. Vide Fragmenta apud Barnes. p. 513. & apud Musgr. Fr. 120. p. 600.

§. 3. Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον· Ὦ Κρίτων &c. „Ex Plat. in Crit. Vide Disf. I. 4, 24. III. 22, 95. IV. 4, 21."

 VPTON.

VPTON. Verba καὶ τὸ τρίτον per librariorum errorem ex Simplicii Commentario huc invecta esse, alibi docuimus. In versione igitur latina sic ponendum: *At, ó Crito* &c. delendaque verba *& tertium.*

Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος. „Supple ex Diss. I. 29, 18. καὶ πάλιν· Ἐμὲ δὲ &c. sententiâ etiam postulante. Sumpta sunt ex Platone in Socratis Apologia. Vide supra, Diss. II. 2. 15. III. 23, 21. Notulas nostras in Manuale, dedita quidem opera breves, sed forsan non inutiles, claudent Literæ haud ita pridem ad me datæ a Viro amicissimo." VPTON. — Verba καὶ πάλιν nil opus est hic adjicere, præsertim deletis illis καὶ τὰ τρίτα, quæ paulo superius temere invecta erant. Satis fuerit, post ταῦτα γινέσθω majori distinctione claudere præcedentem sententiam, tum a majuscula litera incipere: Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος &c. Cæterum & nos finem hic facimus brevium nostrarum in Enchiridion Adnotationum: ne quid vero desideret Lector, quod in Vptoni Editione utile inesse videri possit, subjicimus cum Vptono Harrisii Epistolam ad ipsum datam.

JACOBVS HARRIS JOANNI VPTONO S.

En! tibi munusculum, Vir amicissime, variantes lectiones in Epicteti Enchiridio. Si quæras, unde harum mihi copiam fecerim, hoc habeo quod respondeam. Exscriptas e vetere quodam Msto ad oram codicis inveni, quem mihi forte comparaveram. Erat autem codex ille ex editione Epicteti Simplicijque Venetiis impressa Græce A. 1528. & prorepserat (furtim, ut opinor) e bibliotheca Collegii cujusdam Societ. Jesu. Msti hujus lectiones cum tua Enchiridii editione diligenter contuli, nec cum tua solum, sed cum Veneta etiam A. 1535. nec non Salmasiana A. 1640. & Meibomiana 1711. Quotquot autem ex his lectionibus compertæ fuerunt vel a tuo vel ab istarum editionum textu diversæ, eas omnes fideliter transscripsi, & cum hac epistolâ tibi integras mitto, amicitiæ pignus, quantumvis parvum & tenue. Vale. Dabam Sarisburiæ Kal. Julii, A. D. MDCCXXXIX.

CAP. I. [§. 2. Φύσει ἐλεύθερα] *Deest* Φύσει *in Ms. male, ut opinor.*

— [§. 4.] πάρον, καὶ προηγουμένως σεαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι. *Hæc addunt Ms. & ed. Meibomiana.*

— *ibid.* πλουτεῖν, *addit Ms.* καὶ τοὺς οἰκέτας κατορθοῦν, *cui favet Simplicius & Politiani versio.*

— [§. 5.] *pro* τὸ, διότι — *Ms.* τόδε, ὅτι — *cui favet Simplicius.*

CAP.

CAP. II. [§. 1.] *pro* ἂν ὀρέξει — *Ms.* οὖν ὀρέξει. *forsan* οὖν ἂν.

CAP. III. pro χρείαν *Ms. legit* χρείας, *atque edit. Meib. & Veneta 1535.*

CAP. IV. [sub init.] *post* ὁποῖον *inserit Ms.* τί — ὁποῖόν τί ἐστι. *Ita etiam Ms. Meibom. p. 103. quibus astipulatur Simplicius.*

— *pro* ἐγκρατευομένους, *Ms.* ἐνσειομένους, *atque ita Meibomius.*

— [ὅτι εὐθὺς λουσ.] εὐθὺς ὅτι *Ms. & Meib. ed.*

— [ἐφ' ἑκάστου ἔργου] ἔργου οὐ διαμαρτήσεις *Ms. & ed. Meib.*

CAP. V. Verba ἐκεῖνο τὸ δεινόν ἐστιν *desunt tam in Ms. quam in ed. Ven. 1535.*

CAP. VI. [τηνικαῦτα ἐπαρθήσῃ.] *Post* τηνικαῦτα, εὐλόγως *addunt Ms. & ed. Meib.*

CAP. VII. [πάρεργόν ἐστι] *Deest* ἐστὶ *in Ms.*

— [μή τοι γε ὁ κυβερνήτης] *Pro* μήτοι γε, *legit Ms.* μή τι σε. *Editio Meib.* μή τοι σὲ. *Utraque lectio vulgata melior.*

— [καὶ τότε πάντα] *Pro* καὶ τότε, *legunt* κἂν καλέσῃ *omnes bonæ notæ editiones; Salmasii, Meibomii, &c. ita etiam ed. Ven. 1528.*

CAP. VIII. [ἀλλὰ θέλε &c.] *Legunt hunc locum Ms. & ed. Meibom. hoc modo,* ἀλλὰ θέλειν ὡς τὰ γιγνόμενα γίγνεται, καὶ εὐροήσεις. *optimo, ut videtur, sensu. Ne quæras fieri res ut velis: Quæ fiunt enim, extra te positæ sunt. Sed velle quæras eo modo quo res fiunt: Velle enim & voluntas in tuâ potestate. Fatendum tamen est, vulgatam lectionem tueri Simplicium.*

CAP. XI. [ὅτι ἀπώλεσα αὐτὸ] *Deest* αὐτὸ *in Msto.*

— ἡ γυνὴ ἀπέθανεν. ἀπεδόθη. *Desunt hæc in Msto, sed male.*

CAP. XII. [§. 2. καὶ ὑπακούσας] ἢ καὶ ὑπακούσας *Mssti, tam noster, quam Meibom. p. 103. quibus favet Simplicius.*

— *ibid.* ὅλως δέ σοι καλῶς. *Desunt hæc tam in nostro Msto, quam in Meibomii; desunt etiam in ed. Ven. 1535. Optime; nam nihil ad rem faciunt.*

CAP. XIII. [ἕνεκα τῶν ἐκτὸς] *Pro* ἐκτὸς, *Ms. legit* ἐντὸς, *cui favet Simplicius. Optima lectio, sine qua nullus omnino sensus.*

— *ibid. Pro* ἀνόητος, *Ms.* ἠλίθιος. [Mox deinde] καὶ μηδὲν *Ms.*

CAP.

CAP. XIV. [Initio, Ἐὰν θέλῃς] *Pro ἐὰν, ἂν Ms. & Meib.*

CAP. XVI. διαίρει παρὰ σεαυτῷ καὶ λέγειν. *Desunt hæc in Msto, sed male; nam eâdem loquendi formulâ mox infra utitur. vide cap. 18.*

CAP. XXI. τὰ ἄλλα *desunt in Msto. Agnoscit Simplicius.*

CAP. XXII. [Initio.] Εἰ Φιλοσ. *Deest in Msto* εἰ, *& leguntur sequentia cum interrogationis notâ.* Φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; *Ita etiam ed. Ven. 1535. Magis, ut videtur,* ἐμφατικῶς.

— [εἰς ταύτην τὴν τάξιν] *Pro* τάξιν. *Ms.* χώραν.

CAP. XXIV. [§. 2. sub fin.] *Pro* δύναται ἑτέρῳ, *Mstus legit* ἑτ. δυν.

— [§. 5.] *Pro* τὸν πιστὸν, *Ms.* σεαυτὸν πιστόν.

CAP. XXV. [§. 1. εἰς συμβουλίαν] εἰς συμβουλὴν *Ms.*

— *ibid. Pro* μὴ ταὐτὰ ποιῶν, *Ms. legit* μόνον ταῦτα, *sed male, & contra Simplicii auctoritatem.*

— [§. 2.] *Edit. Ven. 1528.* συμπεραπτεμ — *In Msto desunt.* [Nempe quinque, puto, verba desunt, ὃ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι. Deerant eadem in Msto Salmasii.]

— [§. 4. δὸς οὖν τὸ διαφέρον] διάφορον *Ms.*

— [§. 5. in fin.] *Post* αὐτοῦ *legit Ms.* τῶν ἐπὶ τῆς εἰσόδου. *Atque ita Simplicius in ed. Ven. 1528.* οἱ ἐπὶ τῆς εἰσόδου *nempe Grex iste Servorum, qui olim (ut hodie etiam videre est) divitum limina otiose servabant, ob pravitatem & insolentiam omnibus noti. Ita ergo hunc locum redderem: Quod non tolerâris servorum ejus insolentiam, qui ad fores astant.*

CAP. XXVI. [ὁποῖον ὅτε καὶ τὸ τοῦ ἄλλου] ὅταν *Ms. pro* ὅτε. ὅταν *videre est in hoc capite tam supra quam infra.*

CAP. XXVIII. Pro ἀπαντήσαντι, *Ms. legit* ὑπαντ.

CAP. XXIX. Deest totum hoc Caput in Msto; nec videtur agnovisse Simplicius; nullum enim ejus exstat in hæc verba Commentarium.

CAP. XXX. [οὐ· ἀλλὰ πρὸς παν.] *Deest* οὐ *in Msto.*

CAP. XXXI. [§. 1.] εἶναι ἐν πᾶσι. *Deest* ἐν *in Msto, cui favere videtur Simplicius.*

— *ibid.* ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης. *Ms.* ἀπό.

— [§. 3.] *Pro* τεθηπέναι, *Mstus legit* τεθαυμακέναι, *cui astipulatur Simplicius in Comm. p. 215. & Meib. in sua editione.*

CAP.

CAP. XXXI. [§. 5. ἑκάστοις προσήκει.] *Pro* ἑκάστοις, *Ms.* ἑκάστοτε. *Editiones Veneta 1528 & Salmasiana* ἑκάστῳ.

CAP. XXXII. [§. 1.] ὅτι μὲν ὡς. *Mstus & Salmasius* ὅτι τί μὲν ἀποβῆσ.

— [§. 2. ὅταν τι συμβουλευθῇ] ὅταν τί σοι *Ms.*

— [§. 4.] ὅτι ὁ θάνατος, *Mstus* ὅτι ἡ θάνατος σημαίν. *Et melius hoc, etsi leviusculum: absque enim articulo, quæ sequuntur, nomina,* πήρωσις, φυγή.

CAP. XXXIII. [§. 2.] παρακαλοῦντος. *Ita etiam Ms. & Salmasius.* παρακολουθοῦντος *utraque Veneta, 1528. 1535. unà cum Meibomiana.*

— *ibid. Pro* λέγειν τι, *Mstus* λέγειν, *absque* τὶ, *cui clare favet Simplicius, quem in re etiam tenui vide.*

— *ibid.* μηδὲ περὶ ἱπποδρ. *Ms.*

— [§. 3.] *Pro* τοῖς σοῖς λόγοις, *Mstus legit* τοὺς σοὺς λόγους καὶ τοὺς — *Et melius hoc, ut videtur.*

— *ibid.* ἀποληφθεὶς. *Mstus unà cum editionibus Venetâ 1535 & Meibomianâ* ἀπολειφθεὶς. *Posteriori favet Simplicius editionis Venetæ 1528, priori Salmasianus.*

— [§. 6.] ὑποῤῥυῇς. *Mstus & Simplicius* ἀποῤῥυῇς.

— [§. 8.] ὅτι αὐτῷ. *Ms. & Salmasius* αὐτὸς, *quod longe melius; ita etiam Simplicius.*

— [§. 9.] ἀπαγγείλῃ. *Mstus noster, atque Meibomianorum alter* ἀπαγγελῇ.

— *ibid. Ms.* τὰ ἄλλα τὰ προσόντα.

— [§. 13.] πρός τινας. *Ms.* τινά. *atque ita etiam editiones Meibomii & Salmasii: porro* αὐτὸν *mox infra effertur* ἑνικῶς.

CAP. XXXIV. ['Εὰν ἡδονῆς] *Ms.* ὅταν, *pro* ἐὰν, *atque ita Simplicius.*

— *ibid.* λάβῃς, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, φύλασσε. *Sic Ms. & Simplicius, & editio Salmasiana.*

CAP. XXXV. Ὅταν τι διαγνῷς ὅτι ποιητέον ἐστί σοι, καὶ ποιῇς, μηδέποτε — *Ita legit Ms.*

CAP. XXXVI. ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νύξ ἐστι *Ms. & Meibomii editio. Mox in Msto desunt (sed male) verba* καὶ ἐν συμποσίῳ *usque ad* ἀπαξίαν ἔχει.

CAP. XXXVII. καὶ ἐν τούτῳ. *Deest* καὶ *in Msto.*

CAP. XLI. Desunt hæc in Msto: γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ — — ἀποπατεῖν.

CAP. XLII. Hic obiter emendemus Simplicium e Msto nostro. Sub initio commentarii in hoc caput hæc sunt verba:

ὅτι

ὅτι ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ φαντασίᾳ — — ἀκολουθεῖ, εἰ μὲν καὶ αὐτῷ ὁμοίως φαίνοιτο. Hæc Salmaſius [immo Wolſius; illius enim ea verſio eſt, non Salmaſii] *ita reddit „quemvis ſuam opinionem & judicium ſequi“ — nulla habita ratione ſequentium εἰ μὲν &c. Nec mirum; ſenſu enim omnino carent. Lege cum Msto: ὅτι ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ φαντασίᾳ — — ἀκολουθεῖ, εἰ μὴ καὶ ἄλλῳ ὁμοίως φαίνοιτο. „Quemque id ſequi, quod „ſibi videtur, etſi non eodem modo viſum fuerit al„teri.“*

CAP. XLIII. [in fine.] *Deeſt ἐστὶν in Msto.*

CAP. XLV. οὕτως οὐ συμβῇ. — Ms. οὖν. In Simplicio Salmaſianæ editionis, p. 308. l. 13. peſſime legitur, εἰ δὲ οὕτως ποιοῦμεν, pro εἰ δὲ μὴ οὕτως ποιοῦμεν, quæ lectio eſt editionis Venetæ 1528. Hoc viſum eſt notatu dignum.

CAP. XLVI. [§. 2.] *Pro ἐξεμέσαντα, Ms. unà cum ed. Ven. & Meib. legit φέροντα. Lectioni vulgatæ favet Simplicius.*

CAP. XLVII. Verba ἀλλ' ἐννόει - - - καρτερικώτεροι deſunt in Msto; ſed male: Extant enim apud Simpl. Ibid. Deeſt καὶ καρτερίαν in Ms.

CAP. XLVIII. [§. 2. ὅταν ἐμποδισθῇ τι] *ὅταν οὖν ἐμποδ. Ms.*

CAP. XLIX. [§. 1. ſub init.] *Poſt Χρυσίππου addit Ms. βιβλία. Ita etiam ed. Ven. 1535.*

CAP. L. [§. 1.] *προθέσεις ἐκ προθεσ. Deſunt hæc in Msto.*

— [§. 2.] *πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον. Deeſt in Msto φαινόμενον.*

CAP. LI. Pro ὁ τοῦ μὴ ψεύδεσθαι, Ms. legit τὸ μὴ ψευδ.

— *ibid. πόθεν ὅτι οὐ δεῖ. Deeſt illud πόθεν.*

— *ibid. τί γάρ ἐστιν ἀπόδειξις. Deeſt γάρ ἐστιν.*

FINIS NOTARVM AD MANVALE.

AD EPI-

AD

EPICTETI FRAGMENTA

NOTÆ ET EMENDATIONES.

LECTORI
EPICTETI STUDIOSO
JOH. SCHWEIGHÆUSER S.

De EPICTETI *Διατριβῶν*, ſive *Διαλέξεων*, ſive *Ὁμιλιῶν* Libris deperditis dictum eſt in Notis ad Cap. I. Libri primi Diſſertationum, quæ ad ætatem noſtram pervenerunt. Ex eisdem libris, quos invidit nobis temporum injuria, bene multas ſententias opportune nobis conſervavit Johannis Stobæi diligentia in Sententiarum Florilegio. Illa Epicteti Fragmenta primus, quod ſciam, prudenti conſilio in unum locum collegit vir doctus, qui Enchiridii & Diſſertationum Epicteti editionem Baſileenſem procuravit, quæ ex Oporini officina anno MDLIV in forma quadrata prodiit. *) Scilicet in illa editione poſt græcum Enchiridii exemplum, quod in capita *ξβ*. (LXII.) distributum eſt, proxime ſequitur hic titulus: *Τὰ ἐφεξῆς ἐκ τῶν Ἐκλογῶν Ἀποφθεγμάτων Ἰωάννου τοῦ Στοβαίου.* Quo titulo exhibentur Epicteti ſententiæ e Stobæi Florilegio excerptæ, & per plura capita (quæ *ξγ'. ξδ'.* & ſic porro, usque *οα.* numerantur) ita digeſtæ, ut, quæcumque ſententiæ cognati quodammodo argumenti eſſe viſæ erant editori, eæ ad unum caput relatæ ſint & continuo tenore ſcriptæ, quamquam apud Stobæum per varios atque varios Titulos ſive Sermones (ut vulgo inſcribuntur) diſperſæ legantur. Singulis capitibus in eadem, quam dico, editione tituli nulli inſcripti ſunt: latina verſio nulla adjecta. HIERONYMVS WOLFIVS deinde, in Enchiridii editione græco-latina, quæ cum ejusdem Wolfii latina verſione Diſſertationum Epicteti, & Simplicii in Enchiridion Commentario, apud eumdem Oporinum Baſileæ

*) Similis vero collectionis jam aliquot ante annis confectæ editæque mentionem apud Maittaire reperio, Tom. V. Annal. Typograph. p. 365. ubi libellum commemorat, cui titulus: *Epicteti Enchiridion; cui acceſſit magna pars ex græcanicis Joannis Stobæi collectaneis, per Hier. Verlenium; Lovan. ex offic. Barthol. Gravii*, 1550. in 8. Quam collectionem habuerit-ne ante oculos ſecutusque ſit editor Baſileenſis, viderint ii, quibus inſpiciendi libelli a Verlenio editi fuerit poteſtas.

fileæ anno MDLX. in octava forma prodiit, Tomo II. pag. 367 feqq. easdem Epicteti fententias, latine a fe converfas exhibuit; ita quidem, ut eumdem fententiarum ordinem, qui in fuperiore græca editione obtinebat, fervaret, fed (cum in fuperiori editione plures fententiæ uno capite, veluti inter fe junctæ, comprehenderentur) divifis fententiis capita breviora faceret, & argumentum cujusque præfixo brevi titulo indicaret, v. c. *de Fortuna, de Virtute, de Profectu*, &c. Idem Wolfius ibidem p. 382 fqq. breves nonnullas Notas adjecit, quibus locorum nonnullorum, quæ in fuperiori græca editione corrupta effe videbantur, emendationem propofuit. Eadem deinde Epicteti Fragmenta editioni fuæ Enchiridii & Paraphrafeos adjecit Nic. Blancardus; Wolfii distributionem, titulos, & interpretationem fervans; fed ad latus verfionis Wolfianæ græcum exemplum cujusque fententiæ, e Stobæo excerptum, adponens.

Hos fecutus MEIBOMIVS eadem Fragmenta eo fere ordine digeffit, quo apud Stobæum, per varios quidem Titulos difperfa, leguntur; aliaque, ex Antonii Monachi Florilegio, quæ Μέλισσα infcribitur, & ex S. Maximi Ἀπομνημονευμάτων Ἐκλογαῖς excerpta, adjecit; &, omiffis quidem Wolfii titulis, fingulas fententias fuis numeris notavit, ut effet numerus Sententiarum five Fragmentorum Epicteti CXXVIII: in quibus quidem nonnulla pofuit, quæ vel in Enchiridio vel in Disfertationibus fuo loco etiamnunc fuperfunt; fic Fragm. Meibomii num. VIII. exftat in Enchirid. cap. 42. & Fragm. Meib. num. CXXVIII. fupereft in Disfert. I. 6, vf. 26 & 32 fqq. In latina verfione, græcis fententiis adjecta, Gesneri verfionem maxime ob oculos habuiffe Meibomius videtur; fed, fuum judicium fecutus, frequenter admodum ab ea difceffit. Poft Meibomium VPTONVS eadem omnia Epicteti Fragmenta, quæ ille collecta dederat, (exceptis duobus, quæ paulo ante dixi) eodem fere ordine repetiit; fimul vero alia nonnulla, ex Antonio & Maximo veluti fpicilegium a fe collecta, partim interfperfit, (num. 108 — 117.) partim in fine adjecit: (num. 137 & feqq.) quorum tamen magna pars lubrica admodum fide ad Epictetum auctorem refertur; quod ipfe etiam Vptonus profeffus eft, difertis verbis ante Fragm. 137 & feqq. hanc notam adponens: „Quæ fequuntur, partim Epicteto, partim aliis attribuuntur.“ Latinam Meibomii verfionem plerumque tenuit Vptonus; ita tamen, ut, ubi commodum videbatur, pro fuo judicio eam mutaret. Adnotationes Vptonus nullas, Meibomius oppido paucas adjecit.

Ex

Ex Fabricii Bibliotheca græca (lib. IV. cap. 7 extr.) disco, jam ante Meibomium Sententias Epicteti CXVI. non modo e Stobæo, sed partim etiam ex Antonio & Maximo collectas, Hafniæ anno 1629. latine ab Henr. Ernstio editas esse: quam collectionem fortasse ob oculos habuerat Meibomius, & in sua collectione secutus est. Multæ ex eis Sententiis, quas ex Antonio & Maximo collectas in Epicteti Fragmentis Meibomius & Vptonus edidere, & illæ præsertim, quas ab Vptono adjectas lubrica fide ad Epictetum referri dixi, in Antonii & Maximi Florilegiis perhibentur excerptæ *ex Democriti*, (sive *Democratis*,) *Epicteti, Isocratis aliorumque Sententiis.* Istarum vero Sententiarum Democriti, (vel Democratis,) Epicteti &c. integra collectio passim adhuc in Codicibus Manuscriptis continetur; de quibus monuit Fabricius in Bibl. Græc. lib. II. cap. 13. T. I. p. 518. in nota, & lib. IV. cap. 7. T. III. p. 268. Quo pertinet ille codex Bibliothecæ Mediceæ, cujus Bandinius meminit in Catal. T. II. p. 442. in quo continetur libellus, sic inscriptus: *Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἔκ τε τοῦ Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτήτου καὶ ἑτέρων πολλῶν.* quarum sententiarum prima est: *Ἀνανεούσθω σοι ὁ περὶ θεοῦ λόγος καθ' ἡμέραν μᾶλλον, ἢ τὰ σιτία.* (quam eamdem habes in Epicteti Fragmentis nostris, num. 118.) ultima hæc: *Κρεῖσσον, ἐν ὀργῇ μακροθυμεῖν πρὸ τοῦ κακῶς πρᾶξαι, ἢ εἰκῆ μεταμελεῖσθαι.* Citantur etiam plures Epicteti Sententiæ in libello, cui titulus: *Γνῶμαι συλλεγεῖσαι ὑπὸ κυρίου μονάζοντος τοῦ Γεωργιδίου*, qui inest in cod. membr. seculi XI. cujus meminit idem Bandinius in Catal. Biblioth. Laurent. T. I. p. 252 & 254 sq. qui etiam adnotavit, eamdem collectionem sibi videri servari in Bibliotheca olim Regia Parif. cod. MCXVI. Denique sunt Epicteti sententiæ nonnullæ insertæ Collectioni, quæ inscribitur: *Ἀρσενίου Ἀρχιεπισκόπου Μονεμβασίας Ἀποστολίδου ἄλφα Ἰωνιᾶς συνθήκης.* de qua vide Bandin. T. I. p. 549. conf. Fabric. Bibl. Gr. lib. V. cap. 30. §. 13. T. VIII. p. 838. & T. X. p. 223. Quibus ex collectionibus an augeri possit numerus Fragmentorum Epicteti ad hunc diem editorum, aut possintne nonnulla, quæ haud satis certo documento ad Epictetum auctorem adhuc relata sunt, certa cum ratione Philosopho nostro vindicari, viderint nosque doceant Viri docti, quibus copia atque otium suppetit codices illos, quos dixi, aut eorum similes excutiendi. In Gnomicis Scriptoribus græcis, Basileæ anno 1521 editis, exstant p. 178. sententiæ septem, quæ diserte ibi (nescio quidem, qua fide) Epicteto auctori tribuuntur. Earum primam

mam habes in Fragmentis ab Vptono editis, num. 103. alteram ibidem n. 104. quintam n. 127 & 154. septimam ibidem num. 137. Tertiam, quartam & sextam Sententiam, quæ in Meibomii Vptonique collectione desiderabantur, in Supplementis Fragmentorum exhibuimus num. 170—172. Nos enim ea statim Fragmenta, quæ primum ab anonymo Basileensi editore, tum a Meibomio & Vptono collecta sunt, eadem serie qua Vptonus illa digessit, (adjecta cuique Sententiæ sua nota numerali, quas Vptonus adjicere neglexerat) exhibuimus: Græca vero, ubi opus videbatur, sive ex veterum editionum collatione, sive ex conjectura, ut quæque vel certissima vel maxime probabilis occurrebat, correximus; Latinamque item interpretationem, adhibita præsertim Wolfii versione, passim emendavimus: deinde Fragmenta nonnulla, a superioribus editoribus prætermissa, istis adjecimus.

AD EPICTETI FRAGMENTA
NOTÆ ET EMENDATIONES.

No. I. Fragmentum hoc, cum decem proxime sequentibus, habet Stobæus, Serm. I. *περὶ Ἀρετῆς*, p. 5 & seq. ed. Bas. MDXLIX. (p. 13 & seqq. ed. Schow, Lipsiæ 1797.) ubi diserte omnia Epicteto auctori tribuuntur. Ὁ *τύχῃ βίος συμπεπλεγμένος*. *Fortunæ vita implicata* vertunt Gesn. Meib. & Vpt. *Vita quæ a fortuna pendet*, Wolf.

II. *καὶ γὰρ καθαρὸν*. *cujus aqua est pura* &c. vertit Gesn. Quam in eamdem sententiam Wolfius suspicatus est, fortassis *πηγῇ ὕδωρ καθαρὸν - - - ἀνώλεθρον παρεχούσῃ* scribendum. Familiarem Græcis usum adjectivorum in neutro genere, per ellipsin vocabuli *χρῆμα*, positorum recte in versione expresserunt Meib. & Vpt.

V. Simillimam sententiam infra habes num. 113.

VI. *τὸ ἐκ τῆς δόξης*. Sic libri omnes. Temere Vpt. cum Meib. *τὸ ἐκτὸς δόξης*, quod vertunt *id quod extra gloriam est*. Iidemque mox *τὸ ἐκτὸς ἀληθείας*, *id quod extra veritatem est;* ubi veteres Stobæi editiones *τὸ τῆς δόξης* in contextu, sed *ἐκ τῆς* in margine habent, quod absque ulla adnotatione (præeuntibus, puto, scriptis libris) recepit Schow. Quæ si vera est scriptura, idem fere valebit *τὸ ἐκ τῆς δόξης* ac *τὸ τῆς δόξης*, & hoc rursus idem ac *τὴν δόξαν*. Vide Ind. Græc. in Ἐκ & ἐξ. Meibomii emendatio-

dationem ſic intelligere poſſis: *ne tam pudeat te, quod non videaris* (nempe, *eſſe aliquis;*) *quam cave, ne rei veritas tibi deſit.* Quod argumentum conferri poteſt Fragm. 40, quod ad hunc locum laudavit Meib.

VII. *καλῶς πράττειν.* Sic Meib. & Vpt. & ed. Schow. Superiores Stobæi editiones *ποιεῖν* in contextu habebant, & *πράττειν* in ora. *Ibid.* *τὸ καλῶς ἀκούειν.* In Epicteti ed. Baſ. erat *καὶ καλῶς ἀκούειν*, unde commode Wolfius *καὶ τὸ καλῶς ἀκούειν* ſcriptum malebat; ſed *καὶ* ignorant libri.

VIII. *οἷς δὲ προαίρεσις οὐ κοινωνεῖ.* In Epict. ed. Baſ. *προαιρέσεις* legebatur; ubi Wolfius, poſtquam monuit, *προαίρεσις* eſſe corrigendum: „Etſi etiam ſic, inquit, hypallage fuerit, pro *ἃ δὲ προαιρέσεως οὐ κοινωνεῖ.*" Ac ſane inſolentior iſta conſtructio; ferenda tamen fortaſſe. Sententiam autem rectius, ſi quid video, idem Wolfius accepit, vertens: *quæ* (ſcil. *voluntas*) *quibus tributa non eſt, ea neutrum horum attingit;* quam Vptonus, cujus hæc eſt interpretatio, cum Meibomiana ad verbum fere conſentiens: *at qui voluntate nullam cum his communionem habent, illos neutrum horum tangit.* Sequentia verba obſcuriora: in quibus, ſive ab ipſo compilatore Stobæo, brevitatis ſtudio, ſive per librariorum negligentiam, prætermiſſa nonnulla ſuſpicor. Sententiam in hanc maxime partem accipio: *Mens alterius hominis corpori quidem meo dominari poteſt, iisque rebus quæ ad corpus pertinent, & voluntatis ſunt expertes: mihi vero, id eſt, menti voluntatique meæ dominari non poteſt. Nemo enim ſervus, qui voluntate eſt liber.* Sic cum ſuperioribus commode cohærent poſtrema verba, quæ in eamdem nobiscum ſententiam Vptonus, Meibomius & Gesnerus acceperunt: at inverſe Wolfius interpretatus eſt, *Nemo enim ſtudio & voluntate ſervus, liber eſt;* & in Notis diſerte monuit: „Sic diſtingue: *οὐδεὶς γὰρ, δοῦλος τὴν προαίρεσιν ὑπάρχων, ἐλεύθερος.*"

IX. *Κακὸς δεσμὸς &c.* Quamnam vim habeat hoc loco vox *κακὸς* ad *δεσμὸς* adjecta, non video; quæ multo commodius, me judice, abeſſet. Videndum igitur, ne perperam aliunde adhæſerit.

X. *καὶ ἡ κακία διὰ χρημάτων.* Non hoc dicit, pravum eſſe, ſi quis data pecunia e vinculis ſe redimat; ſed, *e corporis vinculis pravum etiam hominem, ſi pecunia ſuppetat, redimere ſe & in libertatem vindicare poſſe.* *Ibid.* *ἐμπειρίας.* Ex ora in contextum hoc recepere Meib. Vpt.

 &

& Schow, pro *μεγαλοθυμίας*, quod olim in contextu legebatur.

XI. *Εἰ βούλει ἀταράχως* &c. Præter Stobæum (loco ſupra ad Fragm. I. citato) habet eamdem hanc ſententiam Antonius, lib. I. tit. *ξε. περὶ Ἑκουσίου καὶ Ἀκουσίου*, p. 67. ed. Tig. 1546. Et ibi quidem pro *παιδεύοις* & *ἀπολύοις*, *παιδεύεις* & *ἀπολύεις* ſcribitur, & ante poſterius verbum tria alia inſeruntur hoc modo, *τοὺς δὲ ἄκοντας ἔπειτα καὶ χειρωμένους ἀπολύεις*. Quæ verba *ἐπ. καὶ χειρ.* ex *ἔπειτα κεχειρωμένους* corrupta ratus Geſnerus, ad oram Stobæi hæc adnotavit; eademque verba editores Fragmentorum Epicteti omnes in ipſo contextu exhibuerunt, alii quidem aliter interpretantes; Wolfius, *ac poſtea ſubactos;* Meibomius, *aut improbitate victos;* Vptonus, *ubi edomueris*. Equidem, aut gravius corrupta illa verba, aut prorſus ab hoc loco aliena judicans, abjicere non dubitavi. Ferri fortaſſe potuiſſet *ἔπειτα οὐ κεχειρωμένους*, *ſi domare non potueris*. Cæterum conferendum cum hoc præcepto Fragmentum 34. ubi humanitas in ſervos egregie commendatur; ſed præcipue conferenda Fragm. 41 — 43.

Fragm. XII. Epicteto tribuitur apud Stobæum, Serm. II. *περὶ Κακίας*. p. 31. ed. Baſ. p. 65. ed. Schow.

XIII. Eſt apud Stob. III. *περὶ Φρονήσεως*. p. 44. (ed. Schow p. 92.) Simile præceptum de amore in Deum habes in Demophili Sententiis, p. 624 ſq. ed. Thom. Galei: *Φιλήδονον, καὶ Φιλοσώματον, καὶ Φιλοχρήματον, καὶ Φιλόθεον, τὸν αὐτὸν ἀδύνατον εἶναι. ὁ γὰρ Φιλήδονος* &c. *Ibid. καὶ Φιλάνθρωπος*. Particulam *καὶ* delendam cenſuit Wolfius, quo clarius adpareret, vocabulum *Φιλάνθρωπος* prædicatum eſſe orationis: ſed notione *etiam* vel *ſimul* haud incommode teneri poſſe videtur.

XIV. Ex eodem tit. III. apud Stobæum. *καθήμενος χειμάζεσθαι. αὐλιζόμενος χειμ.* ora Geſn.

XV. & XVI. Stob. tit. IV. *περὶ Ἀφροσύνης*. p. 57. (ed. Schow p. 122.)

XVI. *οὔλας τρίχας. οὐλὰς* vulgo ſcripſerant omnes, acute, contra uſum. Retraxi accentum in penultimam. *Ibid. ἵππος δ' ἵππῳ*. Conf. Fragm. 26. *Ibid. ἐΦίππια. ἐΦίππεια* editur apud Stob. *Ibid. εἰς τρίχας ἀΦορᾷν*. Conf. Diſſ. II. 24, 25.

XII. Conjungebant vulgo & Stobæi & Fragmentorum horum editores Sententiam hanc cum ſuperiori; ſed ſeparandam ab illa vidit Schow, & ſeparaverat jam Wolfius in verſione: quorum judicium ſecutus ſum. *Ibid. διατί οὐκ*

ἂν

ἄν τις οὕτω διατεθείη, ὥστε οἰηθῆναι ἀπεγνῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ σωφρονήσειν. Recte Meib. & Vpt. διατί in contextum receperunt, quod olim pro conjectura in margine erat adnotatum, cum διότι in contextu legeretur. Et fic fcribendum monuerat jam olim Wolfius, alium fimul errorem notans, qui in Epict. ed. Baf. commiffus erat: cum enim ibi (nefcio quo cafu, quove confilio) fic effet editum, πρὸς δὲ τὸν φιλόσοφον διότι οἰηθῆναι, οὐκ ἄν τις οὕτω διατεθείη, ὥστε ἀπεγνῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ σωφρονήσειν, &c. monuit ille: „Legendum videtur transpofitis verbis; πρὸς δὲ τὸν φιλ. διὰ „τί οὐκ ἄν τις οὕτω διατεθείη, ὥστ' ἀπεγνῶσθαι οἰηθῆναι „ὑπ' αὐτοῦ σωφρονήσειν; Nota conftructionem raram, ἀπέ„γνωσμαι σωφρονήσειν, *defperatus fum modeftus futurus*, „pro, *defperatum eft de mea modeftia*, vel, *aliquis defpera„vit, &c.*" Parum feliciter nuperrimus Stobæi editor, nefcio quid fequens, fic conftituit hunc locum: πρὸς δὲ τὸν φιλόσοφον οὐκ ἄν τις οὕτω διατεθείη, ὥστε οἰηθῆναι ἀπεγνῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, σωφρονήσειν δὲ οἴεται, εἰ μηδὲν &c. fuperius διότι ex δὲ οἴεται corruptum & alieno loco pofitum fuiffe exiftimans. De re, quæ hic agitur, conf. Disf. III, 1, 12 fq. & lib. II. cap. 24. Conftructio vero illa verbi ἀπογινώσκω nihil quidquam habet, quod ab ufu & analogia græci fermonis alienum debeat videri. Mox, quod ait εἰ μηδὲν λέγοι τι, (quam in fcripturam confentiunt Stobæi editiones, & a qua nihil discedunt codices a nupero editore collati) τι ad μηδὲν eft referendum; quæ pronomina conjungere amat Epictetus, μηδέν τι, *nihil quidquam*. Quare nil opus fuerat, ut λέγοι τι in λέγοιτο mutaretur a Meibomio & Vptono; quod ipfum λέγοιτο ne fert quidem, quod fciam, fermonis ufus: διαλέγοιτο oportebat, fi quid mutatu opus effet.

XVIII. Apud Stobæum ibidem, ubi duo præcedentia Fragmenta.

XIX — LI. Omnia hæc leguntur apud Stobæum, tit. V. περὶ Σωφροσύνης. p. 71 — 74. (ed. Schow p. 152 feqq.)

XIX. τὸ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, προαιρέσεως. Videtur unum aut alterum vocabulum intercidiffe, quæ refpondeant illis ἐπίκαιρον δάνειον, tamquam horum contraria. Forte fic oportebat: τὸ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, προαιρέσεως ἴδιος καὶ ἀσφαλὴς κτῆσις. conf. Disf. IV. 5, 26. Infra, Fragm. 46. opponuntur ἐπίκαιρος & ἀΐδιος.

XX. Καθάπερ ἔχιν. Sic percommode cæteræ editiones omnes: unus Schow fic edidit, Καθάπερ [ἔχειν] ἢ ἀσπίδα &c. quam recte, ipfe viderit. Ego fane, fi ἔχειν in

in cod. ms. hoc loco reperissem, non id uncis inclusissem, sed haud cunctanter in ἔχειν mutassem.

XXI. Ὁ πλοῦτος, οὐ τῶν ἀγαθῶν. *Divitiæ non sunt in bonis:* sunt nempe in eo rerum genere, quas *medias* vel *indifferentes* vel *neutras* adpellabant Stoici. Parum felici consilio idem nuperus Stobæi editor tria verba, οὐ τῶν ἀγαθῶν, quæ aberant ab uno e codicibus, quibus usus est, uncis inclusit, ut suspecta tamquam glossema sequentis τῶν κακῶν, aut tamquam variam lectionem pro τῶν κακῶν.

XXII. Fidenter superiores omnes editores continuo tenore ista scripserant, κυβερνήτης ὑπάρχειν. οὔτε γὰρ ἐκεῖ σοι &c. quasi omnia egregie cohærerent. Unus prudentissimus Wolfius perspecte vidit, (quod mirum est alium quemlibet latere potuisse) intercidisse alterum comparationis membrum, quod ad Ὥσπερ referebatur, & ab οὕτω incipere debuit. Librarius, deceptus similitudine vocum οὔτε & οὕτω, fugiente oculo calamoque, ab isto orationis membro ad illa verba οὔτε γὰρ ἐκεῖ σοι transsiliit. Prætermissam phrasin idem Wolfius in versione his verbis ex conjectura supplevit: *ita neque in terris divitiæ tibi expetendæ sunt.* Nos lacunam interpositis duobus asteriscis indicavimus.

XXIII. οὐκ ἔσπευδες. Rectius, puto, foret οὐκ ἂν ἔσπευδες. *Ibid.* αὐτόθι μένων εὐτυχεῖν. Pro μένων olim μᾶλλον apud Stobæum legebatur, μένων vero ad oram erat notatum, quod recte in contextum receperunt Meib. Vpt. & Schow. Cum Basileensis editor Epicteti αὐτόθι μὲν εὐτυχεῖν posuisset, recte item monuit Wolfius: „Fortassis αὐτόθι μένων, id est στέργων τὴν πενίαν." Numquam Wolfius, quum hæc Fragmenta, prout in prædicta Basileensi editione exhibentur, in latinum sermonem converteret, & ad græcam scripturam emendationes suas proponeret, ipsum Stobæum excussisse videtur: easdem probas lectiones, quas ad oram Stobæi passim adnotatas videre ei licuerat, ipse suo ex ingenio & conjectura proposuit.

XXIV. εὐθυμεῖν.. δυσθυμεῖν. Prætuli hæc cum Schow, quæ & in scriptis codicibus Stobæi ille invenit, & in ora adnotaverat Gesnerus. Olim εὐδαιμονεῖν & δυστυχεῖν legebatur. Cæterum postquam dixit ἐν μικρᾷ περιουσίᾳ συστελλόμενον, languide dein sequitur ἐν μεγάλῃ τυγχάνοντα; videturque omnino, pro τυγχάνοντα, aliud desiderari minus generale verbum, quod paulo majorem vim habeat, & ex opposito respondeat illi συστελλόμενον, quod præcessit. Neque omnino ita nude usurpari posse verbum τυγχάνειν

ναι pro εἶναι videtur. Facile ferrem ἐν μεγάλῃ τύχῃ ὄντα ἐνθυμεῖν, & ſic corrigendum ſuſpicor.

XXV. ἀλλὰ ἐπιθυμίαν. Sic recte ed. Epict. Baſ. & Meib. Et ſic nuper apud Stobæum conſentientibus msstis edidit Schow, pro εὐθυμίαν, quod & olim apud Stob. legebatur & temere hoc loco repoſuerat Vptonus. *Ibid.* πλούτου ἐπιθυμήσεις. Perperam olim apud Stobæum πλούτου ἐπιθυμίαν legebatur, ſic & in Epicteti ed. Baſ. quo ſpectat Wolfii adnotatio: „Fortaſſe οὔτε πλούτου ἐπιθυμήσεις, vel πλούτου ἐπιθυμίαν ἕξεις. Nam divitiarum cupiditas ubique ab Epicteto improbatur." Inde Meibomius ἐπιθυμίαν ἕξεις hic adoptavit; Vptonus vero ἐπιθυμήσεις, quod jam apud Stob. olim in ora erat adnotatum, & conſentientibus msstis edidit Schow.

XXVI. μετ' ὀγκύλλου. Sic apud Stob. ex msstis edidit Schow. Inde corruptum erat μετογκύλλου, quod antea ibi legebatur; ubi tamen μέγα ὀγκύλλου in ora erat notatum, quod adoptarunt editores Fragmentorum Epicteti.

XXVII. εὐταξίας recte Meib. & Vpt. ex ora Stobæi, & ſic ex msstis apud Stob. edidit Schow, pro olim vulgato εὐεξίας. Idem vocab. εὐταξία Polybio reſtituimus lib. XXXII. 11, 8. ubi in αὐταξία erat detortum. *Ibid.* μετὰ πολυτελείας. Exſpectaſſes ἕνεκα πολυτελείας, vel ἐπὶ πολυτελείᾳ; ſed nil variant libri.

XXVIII. τῆς ὀρέξεως ἔμπλησις. ἔκπληξις ſuſpicatus erat Wolfius. Neutra vox ab H. Steph. in Theſ. adnotata eſt.

XXIX. Corruptum admodum eſſe hoc Fragmentum, ſatis adparet: cujus in integrum reſtituendi cum nulla certa ratio, ac ne ſatis quidem probabilis ulla, (quamquam latus erat hariolandi locus) occurreret; tam græca, quam latina, prout ab Vptono cum Meibomio edita inveni, intacta reliqui. Leguntur autem græca eodem modo in Stobæi editionibus, quæ ante nuperrimam Lipſienſem prodierunt; niſi quod illæ Φαινακιζ. habent, pro Φενακιζ. quod ipſum tamen ibidem in ora notatum. In eadem ora, pro ἀνειμένας, πολυτελεῖς ſcribitur, quod eſt illius interpretamentum: tum, pro τῶν ἡδονῶν τῶν σωμ. ibidem adnotatur πρὸς τῶν ἡδ. quod etiam ex neſcio quo codice enotavit Schow. Omnes vero codices, quibus uſus hic editor eſt, μήτε ante Φενακιζομ. inſerunt; quam particulam in contextum ille recepit, nihil cæteroquin mutans, & diſerte etiam monens, nihil reliquæ corruptæ orationi mederi veteres libros. Pro βλάπτωνται, quod ex communi a ſuperiori particula ἵνα pendere videtur, βλάπτονται adnotavit Meibomius, atque

 etiam

etiam ex uno e ſuis codicibus citavit Schow; quo quidem parum proficitur. Meibomii verſioni, quam Vptonius tenuit, Gesnerianam ſubjiciamus, quæ mihi quidem, in priori certe fragmenti parte, haud paulo commodior videtur; eſt autem hujusmodi: *Conviviis utitor, non ſumptuoſis cum triſtitia, ſed hilaribus cum frugalitate, ut neque per corporea animæ deceptæ perturbentur, neque corporeas voluptates contemnant: & deinde lædantur, divitiis quidem ad præſens luxuriantia, in poſterum vero morbis affligenda corpora.* Diligenter hunc locum Wolſius discuſſit, eique ex conjectura medelam adferre ſtuduit. Convertit autem in hunc modum: *Prandia & cœnæ neque ſint petulantes, neque ſeveræ, ſed hilares & frugales: ut neque propter corpora mentes perturbentur ineſcatæ voluptatibus, neque ſe ipſas negligant, opum deliciis & morbis corporis afflictæ.* Tum ad priora græca verba, hæc adnotavit: „Τὸ ἀνειμένον hîc (ſi lectio mendo vacat) videtur ſignificare τὸ ἄσωτον, cui opponitur τὸ εὐτελὲς, ſicut τῷ σκυθρωπῷ τὸ λαμπρόν. Hilarem frugalitatem triſti luxui anteponit; utcunque verba ſe habeant.“ Porro ad illa, αἱ ψυχαὶ ταράττωνται &c. ſic commentatus eſt: „Et depravatus & mutilatus totus hic locus eſt, qui ſic fortaſſe utcunque reſarciri poſſit, Φενακιζόμεναι [ſcripturam hanc tenuit ille ex vett. edd.] διὰ τῶν ἡδονῶν τῶν σωματικῶν, τῆς ἀρετῆς ὀλιγωρῶσιν, [in verſione interpretatus erat ἑαυτῶν ὀλιγωρῶσιν,] ἔπειτα βλάπτωνται, τρυφῶντα μὲν διὰ πλοῦτον, νοσοῦντα δ᾽ εἰσαῦθις δι᾽ ἀκρασίαν τὰ σώματα. Hanc lectionem in convertendo ſum ſecutus, ut ſententia utcunque conſtaret.“ Ad poſteriora fragmenti verba quod ſpectat, opponuntur inter ſe τρυφῶντα & νοσοῦντα, παραυτίκα & εἰσαῦθις, πλοῦτον & σώματα: ſuntque πλοῦτον & σώματα, ut mihi quidem videtur, accuſativi pendentes a verbo βλάπτωνται per uſitatiſſimam ellipſin κατὰ præpoſitionis; ſed, quo referantur nominativi neutrius generis τρυφῶντα & νοσοῦντα, non video. Quod ſi ad verbum βλάπτωνται adeſſet aut e ſuperiori oratione intelligi poſſet nomen ſubſtantivum maſculini generis, legendum ſuſpicarer τρυφῶντες & νοσοῦντες, hac ſententia, *deinde damnum accipiant, ſtatim quidem divitiis per luxuriam, poſtea corporibus per morbos.*

XXX. Varia reperitur hujus Fragmenti ſcriptura. Præter Stobæum (loco ſupra ad Fr. XIX. indicato) habet illud & Epicteto noſtro pariter tribuit Maximus, λογ. κζ΄. περὶ Ἀκρασίας καὶ Γαστριμαργίας, p. 190. ubi prior Fragmenti pars ad hunc modum ſcribitur, Φρόντιζε ὅπως σε μὴ τὰ

ἐν

ἐν τῇ γαστρὶ σιτία πιαίνει· (πιαίνῃ saltem debebat in subjunct. id est, *vide ne te, quos ventri ingeris, cibi pinguem reddant;*) deinde καὶ συνεκρεῖ ὁ ἔπαινος, ut nos edidimus. Apud Stobæum vero in edd. vett. sic legitur: Φρόντιζε ὅπως σε μὴ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ μόνον ἐπαινῇ. ἀλλ' &c. & deinde καὶ συνεκρεῖ ὡς ὀρεοῦς. In ora vero ad μόνον ἐπαινῇ notatur σιτία ἐπ. ad ὀρεοῦς vero „Forsan ὁρᾷς, vel ὁ ῥοῦς. al. καὶ συνεκρεῖ ὁ ἔπαινος.“ nempe hæc postrema scriptura ex ipso Maximo adnotata. Jam, priori loco, τὰ ἐν τῇ γαστρὶ μόνον ἐπαινῇ tenuere in Epicteti Fragmentis editor Baf. (sed hic quidem mendose ἐπαινεῖ) tum Blanc. & Meibomius. Latine autem reddiderunt, Gesnerus, *ut non solum ventri & intestinis gratificere, sed honestæ animi lætitiæ;* Wolfius, *ut non ea tantum quæ ventri ingesseris, te laudent, sed & animi hilaritas;* Meibomius, *ut non solum quæ ventri dederis te exhilarent, sed, quam animâ possides, lætitia.* Vptonus vero ex Maximo τὰ ἐν τῇ γαστρὶ σιτία πιαίνῃ recepit. Denique Schow, præeuntibus duobus Stobæi codicibus, τὰ ἐν τῇ γαστρὶ μόνον ἐπαίρῃ edidit: in alio vero τὰ ἐν τῇ γαστρὶ σιτία ἐπαίρῃ legi adnotavit; quam posteriorem scripturam nos tenendum duximus. Et est sane verbum ἐπαίρῃ haud dubie non modo multo aptius hoc loco quam vel πιαίνῃ vel ἐπαινῇ, verum etiam e medio Stoæ usu petitum: dicunturque Stoicis ἐπαίρεσθαι non modo ii, qui *superbiâ*, sed & qui *lætitiâ efferuntur*, & omnino qui *gaudent*, qui *lætantur*. (vid. Ind. & Adnot. ad Diss. I. 11, 28.) Vocabulum σιτία ex scholio iniectam Schow censuit: mihi vero, quemadmodum sequitur ἡ ἐν τῇ ψυχῇ εὐφρασία, sic in superiori orationis membro ad articulum τὰ ἐν τῇ γαστρὶ perapte adjectum nomen substantivum videbatur: contra, particulam μόνον non dubito ex interpretamento imperite huc esse invectam; quæ & per se, certe si ἐπαίρῃ legas, aliena erat ab hoc loco, in Stoici præsertim philosophi sermone; &, quodsi cæteroquin conveniret, per usitatissimam in græco sermone ellipsin (de qua vide loca in Lexico nostro Polybiano sub hac voce citata) facile subintelligebatur. Jam in eis quæ sequuntur, Epicteti editor Baf. Blanc. & Meibomius συνεκρεῖ ὡς ὁ ῥοῦς adoptarunt; quod & nuperus Stobæi editor tenuit, nulla adjecta adnotatione. Vertitque Wolfius, *torrentis instar effluunt;* Meibomius, *& simul effluunt, uti fluxio:* quorum alterutrum si cui placet, fruatur is suo judicio; mihi, fateor, neutrum fecisse satis. Vptonus ὡς ὁρᾷς recepit, quod Gesnerus ex conjectura

jectura propofuerat, atque etiam in verfione expreflerat, *& ut vides effluunt:* quod mihi quidem frigide languideque dictum videbatur. Veriffimum effe συνεκρεῖ ὁ ἔπαινος, quod e Maximo recepi, non equidem fpondeam: fed, ut maxime omnium probabile, præferendum mihi vifum erat. Iftud ὡς ὀρεῦς, quod in Stobæi libris legitur, fufpicatus fum ex ὡς οὖρος corruptum effe, & ex fcholio in contextum irrepfiffe; quod fcholion (ὡς οὖρος, i. e. *veluti urina*) ab homine fuiffet adpofitum, qui, verbum ἀποσκυβαλίζεται ad ea pertinere videns quæ per alvum dejiciuntur, & verbum συνεκρεῖ ftrictiori notione *effluendi* accipiens, indicare voluiffet referri hoc verbum ad ea quæ per urinæ meatum effluunt. Sub finem fragmenti, pro ἡ δὲ, κἂν ἡ ψυχὴ χωρισθῇ, apud Maximum fcribitur ἡ δὲ ψυχὴ χωρισθεῖσα, minus commode. Cæterum cum hoc Fragmento conferendum illud quod proxime fequitur, cognati argumenti.

XXXI. Habet hoc, præter Stobæum, Antonius in Meliffa, lib. I. λογ. λθ'. περὶ Ἀκρασίας καὶ Γαστριμαργίας, p. 49. ubi eisdem verbis legitur, quibus hic dedimus: eodemque modo fcribitur cum apud Stobæum in ed. Wechel. & Schowtum in Fragm. Epict. in ed. Blanc. Apud eumdem vero Stobæum in priori ed. Gesneriana & in Veneta fic legebatur: Ἐν ταῖς ἑστιάσεσι μελέτα τίσι τὰ δύο ὑποδέχῃ, σῶμα καὶ ψυχήν. Quam fcripturam tenuit Epicteti editor Bafileenfis in Fragmentis. In Gesneriana altera, cum pro μελέτα τίσι τὰ poni debuiffet μέμνησο ὅτι, per errorem operarum junctæ funt mirum in modum duæ lectiones, Ἐν ταῖς ἑστιάσεσι μέμνησο, ὅτι δύο μέλετα τίσι τὰ δύο ὑποδέχῃ, σῶμα καὶ ψυχήν. Meibomius in Epict. Fragm. lectionem primæ Gesnerianæ fecutus eft. Vptonus, nefcio quid fequens, utramque lectionem vulgatam temere deferuit, & orationem prorfus corrupit, fic edens: Ἐν ταῖς ἑστ. μέμνησο ὅτι δύο ὑπόδεχονται, τό τε | σῶμα καὶ ἡ ψυχή. quafi non perapte dictum fuiffet δύο ὑποδέχῃ, σῶμα καὶ ψυχήν. aut quafi ὑποδέχονται paffiva notione dici poffet.

XXXII. πηδήσασα τῷ σώματι quid fit, fateor me parum adfequi. Vide, ne πλήσασα τὸ σῶμα (aut τὰ σώματα) fcriptum oportuerit. Paulo poft, duas voces τῇ ψυχῇ cum codd. nonnullis & vetuftiffimis Stobæi editionibus omifit Schow; quæ verba ego, etiamfi nulli codices darent, ex conjectura adjicienda cenfuiffem.

XXXIII.

XXXIII. μὴ πλείους. Perſpecte ex ora Geſn. hoc recepit Vpt. quod & Schow apud Stobæum ex mssrorum conſenſu edidit, pro olim vulgato μὴ πλουσιωτέρους.

XXXIV. Piget commemorare, quam negligenter a Meibomio, ab Vptono, atque etiam a nuperrimo Stobæi editore tractatum ſit pulcrum hoc Epicteti fragmentum; quod a ſuperioribus quidem editoribus, quamquam non perſanatum, ſatis tamen commode curatum erat. Pro κοινωνεῖς, κυβερνᾷς legitur apud Stobæum; quod verbum corruptum eſſe, prorſusque ab hoc loco alienum, cum ſententia, tum conſtructio ipſa verborum clamabat. Et perſpecte id viderat Gesnerus, & peracute ad oram adnotaverat, κοινωνεῖς ſe malle; quod ipſum etiam in latina verſione expreſſit: qua emendatione nihil certius. Sic & ſententia commodiſſima exſiſtit, & eodem modo cum dativo perſonæ & genitivo rei conſtrui verbum κοινωνεῖν ſolet; cujus conſtructionis exemplum habes in Diſſ. I. 9, 5. & plurima ſimilia ex Polybio in Lexico Polybiano collegimus. Et prudenti conſilio verbum hoc adoptavit Epicteti editor Baſileenſis; qui quidem eodem hoc loco alia nonnulla præter neceſſitatem mutavit: nam pro Ἄριστον μὲν, εἰ - - χειρουργῶν, (in quod libri omnes conſentiunt) ſic ſcripſit, Ἄριστον μὲν ἢ κἂν - - χειρουργεῖν, ac proinde ad eumdem tenorem κοινωνεῖν pro κοινωνεῖς poſuit; quam ſcripturam unice præ oculis habens Wolfius, monuit, ea ratione ἑστιώμενος in ἑστιώμενον mutari debere. At, verbo κοινωνεῖς, ſicut a nobis nunc factum, in locum corrupti κυβερνᾷς ſubſtituto, reliquum exordium hujus præcepti perbene habebat; conſtructio naturalis verborum in hunc modum accipienda: Ἄριστον μὲν, εἰ κοινωνεῖς τοῖς θεραπεύουσι καὶ ἐν ταῖς παρασκευαῖς, χειρουργῶν, καὶ ἐν ταῖς τροφαῖς, ἑστιώμενος: niſi forte συνεστιώμενος ſcriptum oportuit, *una cum illis menſæ adcumbens.* Leve eſt, quod pro θεραπεύουσι unus aut alter codex θεράπουσι habet. Sed quo pacto Meibomio, Vptono, Schowio, ſatis placere verbum κυβερνᾷς potuerit, ipſi viderint. Sane perbella Meibomii interpretatio: quam & Vptonus religioſe tenuit, & Teutonicus etiam Epicteti interpres Turicenſis ſecutus eſt: *Optimum quidem fuerit, ſi tum in conviviorum adparatibus manibus laborans; tum inter epulas, convivio exceptus, præſentium famulos gubernes.* — Verba illa, ἐν ταῖς παρασκευαῖς, quæ ab his ad conviviorum adparatus reſtricta ſunt, equidem cum Wolfio magis generali dictione *in adparandis rebus* reddidi; accipio autem de variis laborum generi-

generibus, quæ in administranda domo incidere solent. Reliqua nihil difficultatis habent, usque ad illa verba μὴ κάμνων ὑπὸ καμνόντων. Ibi in Græco quidem editiones Stobæi omnes, absurde prorsus, μὴ κάμνων ὑπ᾽ ὀκνούντων habent; quod & nuperus editor intactum absque adnotatione reliquit, & tenuere Meibomius & Vptonus, recte interpretantes, *laboranti tibi ab otiosis ministrari*, cæterum aut non videntes, aut dissimulantes, plane contrarium hoc esse ejus, quod sententia & orationis connexio postulabat. Atqui hoc rursus loco pariter jam olim verum Gesnerus viderat, & in versione expresserat, *tibi otioso a laborantibus inservitur;* licet de corrigenda græca scriptura monere lectorem neglexerit: eamdem vero sententiam perspecte editor Basileensis in græco etiam exemplo expressit, μὴ κάμνων ὑπὸ καμνόντων scribens. Poteras ὑπὸ πονούντων conjicere; sed præstat idem verbum absque negatione repetitum, quod modo adjecta negativa particula præcesserat: simili enim ratione & mox ait, ἐσθίων ὑπὸ μὴ ἐσθιόντων, πίνων ὑπὸ μὴ πινόντων. Sub finem, verbum ἀγριάνας active acceperunt Wolf. Meib. & Vptonus; quasi diceret, *alium quem tu irritaveris*, aut *efferaveris.* Equidem commodius neutraliter sumi putavi; & Φλεγμαίνειν de *ira intus urente* accepi, ἀγριαίνειν de *ira extrinsecus furente.* Ad ἄτοπον, & ad χαλεπὸν, adjici pronomen τι aut οὐδὲν potuerat; sed potuit etiam haud magno incommodo omitti.

XXXV. Pro ἄτοπον, codices nonnulli ἀνοίκειον habent. διδάξειέ τις ex conject. correxi: vulgo omnes διδάξει. Optativum poscebat præcedens particula ἂν, a qua & pendet πεισθείη quod sequitur. *Pro τις vero, τι fortasse scriptum oportebat.* Postremis verbis quænam vis insit, non adsequor: corrupta utique aut mutila videtur oratio; nec commoda occurrit medicina. Vocem πειθοῦς, quam in ora adnotaverat Gesnerus, in contextu posui cum Schowio, qui in omnibus codicibus eam legi docet. Gesneri versionem, quam & Meib. & Vpt. tenuerunt, intactam reliqui. Basileensis Epicteti editor ex ingenio sic scripserat, ἀτελὴς εἰκῇ σοι διατείνεσθαι: quæ Wolfius in hunc modum latine reddidit. *inanis & irritus est contentionis labor.*

XXXVI. Præter Stobæum, eisdem verbis habet hoc Fragmentum Maximus, λογ. λ'. περὶ Μέθης, p. 192. Et apud hunc quidem recte οἱ δὲ κοχλίαι ἄφωνοι edebatur, quod apud Stob. in ora adnotaverat Gesnerus & in Epicteti Fragmentis Vptonus adoptavit, & apud Stobæum etiam Schow nuper in contextu posuit præeuntibus msstis, cum olim

olim ξηρoὶ editum esset, quod (ut idem Schow docuit) varians lectio erat, ad ἀλεαινόμενοι pertinens. Medio Fragm. quod ait εἰ βούλει μουσικὸς καὶ εὐάρμοστος ὑπάρχειν ἀνὴρ, ex Pythagoreorum disciplina est. conf. Fragm. 174. & fragmentum Euryphami Pythagorici de Vita, apud Stob. Serm. Cl. p. 554 med. & in Galei Opusc. p. 666 sq.

XXXVII. καὶ εἰ μὲν ἀμείνονα. Ferri hoc potest; sed præstabat fortasse καὶ εἰ μὲν ἀμείνων, & deinde εἰ δὲ ἥττων, & εἰ δὲ ἴσον. In illo, εἰ δὲ ἥττονα, πείθειν, secutus sum Wolfii conjecturam, quæ verissima mihi visa erat, cum ἀπειθεῖν vulgo legerent omnes. Opponuntur inter se hæc tria, πείθεσθαι, πείθειν, συμφωνεῖν. In eamdem fere conjecturam Gesnerus olim inciderat, apud Stob. in prima ed. adnotans „Forte εὖ πείθειν" sed in altera editione eam deseruit.

XL. παρ' αὐτῷ scripsi, ut ante Vpt. & Schow editum erat, quod ex Epicteti usu idem ac παρ' ἑαυτῷ valet. παρ' αὐτῷ scripsere Vpt. & Schow.

XLIV. Initium hujus fragmenti, præter Stobæum, habet Antonius in Melissa, lib. I. λογ. ιδ'. p. 16. ubi pro Ὅστις θέλεις, Εἰ βούλει scribitur. Suo ex ingenio editor Epicteti Bas. ὅστις θέλει in tertia persona scripsit, quod cum sequenti ἀπολύθητι non convenit. Cæterum in δούλων ἐκτὸς ὑπάρχειν nil mutant libri. Vide vero, ne corrupta aut defecta scriptura sit. Ex fine fragmenti intelligi videtur, initium tali quodam modo constitutum oportuisse, Ὅστις θέλεις τὴν πατρίδα (vel τὴν πόλιν) δουλείας ἐκτὸς ὑπάρχειν. Fuit etiam cum suspicarer, fortasse Ὅστις θέλεις δοῦλος τῶν ἐκτὸς μὴ ὑπάρχειν legendum. Sed nihil equidem definiam. Quæ sequuntur cognomina, δίκαιος, θεός, σωτὴρ, primum ad *Aristidem* pertinere notum est; alterum *Lycurgo* a Pythia tributum commemoratur; tertio *Epaminondas* a civibus decoratus. Pro προσηγορεύθησαν, ora Gesn. & unus codex apud Schow ἀνηγορευθ. habent.

XLV. ἀλλ' ἀρετῇ τοὺς ἐνοικοῦντας &c. Similis est apud Polybium sententia, IX. 10, 1. Οὐκ ἐκ τῶν ἔξω κοσμεῖται πόλις, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν οἰκούντων ἀρετῆς. Ejusdem argumenti est proximum fragm. 46. Conf. infra, num. 80 — 82.

XLVI. ἐπίκαιρος γοητεία. Sic ex codicibus suis recte edidit Schow, monens opponi inter se ἐπίκαιρος & ἀΐδιος. conf. Fragm. XIX. Olim corrupte ἐπίκουρος legebatur. Quod vero jam Gesnerum ἐπίκαιρος correxisse ait Schow, fallitur; is enim ἐπίηρος se malle adnotaverat, quod ipsum

Vpto-

Vptonus adoptavit. Sed ἐπίκαιρος ex conjectura ante Schow ediderat Meibomius.

XLIX. Τὸ μὲν γύψῳ λευκά. Sic percommode Schow, ex codicum consensu. Olim omnes edd. Τῷ μὲν γύψῳ.

L. Olim Ἐὰν θαυμάζῃς τὰ μικρὰ πρῶτον. Vocem πρῶτον, cum in quatuor codicibus deesset, delevit Schow; quem secutus sum. Nec tamen, persanatum sic esse locum, adfirmem equidem: sed in minuto fragmento, & in sententia quæ variis atque variis modis inverti enunciarique potuit, conjecturis indulgere nil adtinet. Pro verbis πρῶτον μεγάλων οὐκ ἀξιωθήσῃ, Gesnerus in ora τῶν μεγάλων καταφρονήσεις adnotavit; quam eamdem lectionem Schow etiam citavit, nota W. insignitam.

LI. μεγαλοφροσύνης, καὶ ἡμερότητος, καὶ φιλανθρωπίας καὶ εὐποιΐας. Adoptandam hanc scripturam putavi, quam & Gesnerus in ora adnotaverat, & Schow ex quinque codicibus citavit. Vulgo omnes μεγαλοψυχίας καὶ πραότητος καὶ φιλανθρωπίας. omissis postremis duabus vocibus. conf. Fragm. 80.

LII. Habes apud Stobæum, Serm. VI. p. 81. περὶ Ἀκολασίας. p. 176. ed. Schow. ubi ἐκ τῶν Ἐπικτήτου citatur.— Quod ait Τοὺς δυσχ. δὲ φιλ. εἰς μέσον ἄγοντες: quo referatur nominativus ille participii, εἰς μέσον ἄγοντες, difficile dictu; cum e connexione sermonis divulsum & abruptum sit fragmentum: nisi forte ἄγοντος scripsit Stobæus, in genitivo casu, referendo ad illud Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου, ut hoc dixerit: sumtam esse eam, quæ sequitur, sententiam *ex Epicteti* Dissertatione aliqua, *ubi ille in medium producebat illos philosophos* &c. At quoniam Philosophi illi, quos dicit, (quos quidem ipsos Stoicos esse constat) δυσχερεῖς adpellantur, i. e. *molesti;* magis probabile videtur, referri istud ἄγοντες ad alios nescio quos, quibus Stoicorum illud præceptum non probabatur. De ipso præcepto, de quo hic agitur, (minime absurdo, si recte capiatur, sed cum verissimo, tum maximi in omni morum doctrina momenti) monitum nonnihil ad Dissert. III. 7, 7. & cum fructu conferentur Cic. de Fin. III. 5. Laërt. VII. 86. &, quem ibi laudavit Menagius, Seneca de Vita beata cap. 9. *Ibid.* τί ποτ' οὖν ἡ ψυχή. Commodius fortasse sic distinguetur oratio: Τί ποτ' οὖν; ἡ ψυχὴ &c. *Quid igitur? corporis bonis delectabitur animus* &c. *Ibid.* ἐπὶ δὲ τοῖς αὐτῆς. Præter necessitatem αὑτῆς scripsit Vptonus: idem valet αὐτῆς, quemadmodum persæpe vidimus, ac ἑαυτῆς. Mox Καίτοι καὶ δέδωκέ μοι &c. Respondet ad præcedentem objectio-

ctionem; & ante ista verba, ex familiari usu quem in Dissertationibus sæpe observavimus, initio intelligitur repetendum verbum quod in objectione ponebatur: Ἥδεται· καί τοι &c. *Lætatur utique & voluptatem capit animus ex suis bonis: at dedit mihi natura Pudorem etiam* &c.

LIII — LV. Stob. eodem Serm. VI. p. 82. (p. 177 sq. ed. Schow. ubi hoc titulo citantur hæc Fragmenta, Ἐπίκτητος ἐν Ἀπομνημονεύμασι, quæ verba latine sic reddidit Gesnerus, *Ex Epicteti memorabilibus dictis.* Idem rursus titulus deinde adnotatus ad Fragm. 72. Valet autem vocabulum ἀπομνημονεύματα idem ac latinum *Sententiæ;* quemadmodum & Sententiarum Florilegium Maximi græce inscribitur Ἀπομνημονευμάτων ἐκλογαί. Unde colligi posse videtur, extitisse jam Stobæi ætate collectionem Sententiarum ex Epicteti Dissertationibus excerptarum, e quibus ista Fragmenta hauserit Stobæus: nisi ipsarum Dissertationum collectioni cuidam a nonnullis titulus Ἐπικτήτου Ἀπομνημονεύματα inscriptus fuit, ad imitationem Ἀπομνημονευμάτων Socratis a Xenophonte editorum; qua fere ratione τὰ Ἐπικτήτεια ὑπομνήματα Marcus Antoninus commemorat, I. 7. Possis etiam, si conjecturis indulgere juvat, suspicari, libro de Vita & obitu Epicteti (cuius Simplicius in Præf. Comment. in Enchir. meminit) titulum Ἐπικτήτου Ἀπομνημονεύματα fecisse Arrianum; quo in libro probabile est multa Epicteti dicta passim fuisse commemorata. Cæterum de argumento *Fragm. LIII.* conf. Diss. II. 4, 8 sqq. *Ibid.* οὐδὲ τὸν δάκτυλον &c. Conf. Diss. II. 11, 17. & ibi not.

LV. γίγνοιντο. Sic apud Stob. habent edd. omnes, quod ferri debuit, nec opus erat ut in γίγνοιτο mutaretur a Meib. & Vpt.

LVI. Stob. p. 87. Serm. VII. περὶ Ἀνδρείας (p. 189. ed. Schow.) De argumento confer Dissert. I. 1, 28 sqq. & ibi notata. Sub finem Fragm. cum olim ederetur καὶ ὅς, ἔφη, οὐκοῦν, εἶπεν &c. importunum ibi verbum ἔφη delevi cum Schow, præeuntibus mss tis.

LVII. Habes apud Stob. ibid. ubi in superioribus editionibus fragmentum hoc, una cum superiori, sub Epicteti nomine ponitur; Schow vero eidem fragmento nomen Διογένους præposuit. *Ibid.* εἴη εὐψυχία, καὶ τόνος. Sic apud Stobæum ex codicum suorum consensu edidit Schow, quemadmodum apud Gesn. in ora erat notatum, unde jam a Meib. & Vpt. in contextu positum in Epicteti Fragmentis. Apud Stobæum olim εἶναι εὐψυχίαν καὶ τόνον legebatur.

LVIII — LXVI. Apud Stobæum p. 102 sq. Serm. IX. περὶ Δικαιοσύνης. (ed. Schow p. 230 sq.) Fragmentum LVIII. habet etiam Maximus λογ. ε΄. p. 169. ubi pro ἀληθῆς ζυγὸς, εὐθὺς ζυγὸς scribitur. *Ibid.* εὐθύνεται ex Maximo adscivit Vptonus; sic vero & apud Stobæum est in tribus codicibus. Alii ἰθύνεται. *Ibid.* κρίνεται & δικάζεται iniquiori sensu accipienda, pro κατακρίνεται & καταδικάζεται. cf. Diss. III. 18, 8. & ibi not.

LIX. Obscurius enunciata sententia; cum qua confer Fr. LVIII. & LXVI.

LX. Habes & apud Maximum cum Fr. 58. Quod vero ad argumentum spectat, confer Fragm. 62. *Ibid.* Μὴ πρότερον ἑτέρῳ. Forte ἐν ἑτέρῳ; vocula ἐν ab extrema litera vocis præcedentis, ut persæpe aliàs, absorpta. *Ibid.* παρὰ τῇ δίκῃ idem valet ac πρὸς vel ὑπὸ τῆς δίκης. conf. quæ notamus ad Fr. 63.

LXI Præter Stobæum, habet Antonius in Melissa, lib. I. λογ. ιγ΄. p. 14.

LXII. Ejusdem fere argumenti est cum Fr. 60.

LXIII. ἀναξίως μεμφθῆναι. Vulgo omnes ἀξίως, quod ad καταδικασθέντος referebant: at ibi & otiose prorsus adjectum videri debebat illud adverbium, cujus vis jam inerat in præcedente δικαίως: & parum concinna erat verborum consecutio; oportuerat enim πρὸς τοῦ ἀξίως καταδικασθέντος. Itaque non dubitavi emendationem adoptare, a Wolfio cum in versione expressam, tum in Notis commendatam; quam eamdem a Rutgersio etiam adnotatam Meibomius commemoravit. Sic duplici oppositioni, quæ manifeste hic obtinet, perapte constat ratio: opponitur enim τὸ ἀναξίως μέμφεσθαι primum τῷ δικαίως κρίνειν, quod præcessit; deinde τῷ δικαίως ψέγεσθαι, quod sequitur. conf. Fragm. 60. *Ibid.* παρὰ τῇ φύσει idem valet ac πρὸς τῆς φύσεως, quemadmodum paulo ante dicebat πρὸς τοῦ καταδικασθ. aut idem ac ὑπὸ τῆς φύσεως, quemadmodum in Fr. 58. respondent sibi ὑπὸ δικαίων & παρ' ἀδίκοις. Quod autem τὴν φύσιν h. l. *conscientiam* denotare ait nuperus Stobæi interpres, non memini equidem vocabulum hoc ista notione usurpatum reperire: mihi satis videbatur, τὴν φύσιν hîc *ipsam rei naturam & veritatem* intelligere.

LXIV. καὐτῇ. perperam καὐτοῦ editum est apud Stobæum in contextu: sed vera scriptura καὐτῇ in ora a Gesnero notata, quam in Epicteti Fragmentis perspecte adoptarunt editores omnes: eamdemque scripturam Schow in quin-

quinque etiam codicibus mss̃tis reperit; at ipse tamen, nescio qua calliditate, κᾀυτοῦ tenendum judicavit. In fine Fragm. ad verba ὁ τὸ κριτήριον ἔχων, vide ne vocabulum ὁ λόγος exciderit. cf. Diss. I. 17, 1.

LXVII. Est apud Stobæum Serm. XIX. p. 167. περὶ Ἀνεξικακίας. p. 368. ed. Schow; ubi exhibetur sub hoc titulo, Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας, quem titulum latine sic reddidit Gesnerus, *Rufi ex dictis Epicteti de Amicitia.* Idem titulus notatus est ad Fragm. 69. & 134. & ad aliud, quod nos in Supplementis Fragmentorum num. 169. exhibebimus, ductum ex Stobæi Eclogis Eth. lib. II. p. 199. ed. Canteri. Quo in titulo verba ista ἐκ τῶν περὶ Φιλίας sic accipio, ut duxerit hæc Fragmenta Stobæus ex aliqua Dissertationum Epicteti, quæ περὶ Φιλίας erat inscripta; quemadmodum illud Arriani Epictetei (ut quidem titulus habet) Fragmentum, quod ab eodem Stobæo Ecl. Phys. p. 6. ἐκ τῶν περὶ Προνοίας citatur, ductum est ex Dissertationum hodie superstitum lib. I. cap. 6. quod ipsum caput ibi περὶ Προνοίας inscriptum est. Et exstat quidem in quatuor libris Dissertationum superstitibus caput vicesimum secundum libri II. περὶ Φιλίας inscriptum, in quo nec fragmentum hoc num. 67. nec ullum ex aliis, quibus eumdem titulum adjectum diximus, hodie reperitur. At quemadmodum in libris, qui supersunt, passim videmus duas diversas Disputationes eodem titulo insignitas; (verbi caussa, lib. I. cap. 4. & cap. 16. rursusque lib. III. cap. 17. quorum capitum quodlibet περὶ Προνοίας inscriptum est) sic credibile est, in aliquo ex deperditis Disputationum Epicteti libris fuisse aliam Dissertationem, περὶ Φιλίας inscriptam; in qua disputatione plura quædam præcepta a Musonio Rufo tradita commendaverat Epictetus. Eumdem Rufum, præceptorem olim suum, passim idem Epictetus laudat in Dissertationum libris, qui supersunt. (Vide I. 1, 27. & ibi not. I. 7, 32. I. 9, 29. &c.) Alia vero nonnulla Fragmenta, (num. 98 sq.) quæ sub nudo titulo περὶ Φιλίας vulgo apud Stobæum leguntur, per errorem a Fragmentorum collectoribus ad Epictetum auctorem relata esse, suo loco docebimus. In nostro Fragm. LXVII. cum vulgo ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον absque articulo legeretur, τῶν ὀφθαλμῶν scripsi cum Schow, præeuntibus tribus codicibus. τιμωρήσαιτο vero cum eodem, ex duorum aliorum codicum præscripto, in τιμωρήσηται mutare nil opus esse putavi; quoniam in hujusmodi connexione particula ἵνα perinde cum optativo & cum subjunctivo recte construitur.

LXVIII. Πιττακὸς &c. In superioribus editionibus Fragmentum hoc, nullo novo titulo adscripto, subjiciebatur superiori fragmento, tamquam ex eodem auctore a Stobæo excerptum; quod verum videtur. In Schowi editione, quoniam *Pittaci* dictum eodem fragmento continetur, inscribitur: Πιττακοῦ.

LXIX. Apud Stobæum Serm. XX. p. 172. *περὶ Ὀργῆς*, (p. 382. ed. Schow.) ubi adnotatur esse *Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτ. περὶ Φιλ.* de quo titulo modo dictum ad Fragm. 67. In ipso Fragm. duorum verborum (*συνδῆσαι*, & *συναρμόσαι*) prius pertinet ad *τὴν ὁρμὴν τῆς τοῦ ὠφελίμου φαντασίας*, posterius ad *τὴν τοῦ προσήκοντος*.

LXX. Apud Stob. ibidem, eodemque ex fonte. Pro eo quod hic scripsimus *κατὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι βλάψαι*, & *κατὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι ὠφελεῖν*, utrobique *κατὰ τὸ δυνατὸν εἶναι* legitur in omnibus Stobæi editionibus; unde absurdam atque adeo nullam exsistere sententiam, nec Meibomius vidit, nec Vptonus, nec nuperus Stobæi editor; qui omnes intactum hunc locum, ne adnotatione quidem adjecta, reliquerunt. Et Meib. quidem & Vptonus, quænam vis hoc loco verbo *νοεῖσθαι* inesset, non adsequentes, latine sic verterunt (vel perverterunt magis) sententiam: *Dicimus enim illum minime contemnendum qui intelligat, quando nocere possit;* &c. Haud dubie rectius curaturus hunc locum erat prudentissimus Wolfius, si eum inter Fragmenta Epicteti reperisset: sed prætermiserat hoc ipsum Fragmentum, cum aliis nonnullis proxime sequentibus, Epicteti editor Basileensis, cujus collectionem Fragmentorum unice ille ob oculos habuit. At perspecte jam olim Stobæi editor Gesnerus, corruptum esse hoc Fragmentum, prouti vulgo legebatur, viderat: &, græca licet verba intacta reliquerit, in latina tamen versione emendandi rationem satis commodam adhibuerat; pro *Φαμὲν γὰρ τὸν εὐκαταφρόνητον*, *τὸν ἀκαταφρόνητον* interpretans, hoc modo: *Asserimus enim aliquem extra contemptum esse.* Et expeditissima quidem hæc certissimaque videri poterat emendatio, cum præsertim satis constet, *ευ* & *α* per librariorum errorem negligentiamve frequenter inter se permutata reperiri. Mihi vero & gressui orationis & connexioni sententiæ multo aptius convenire visum erat, si vocabulum *εὐκαταφρονήτους*, positive expressum, sicut initio Fragmenti, teneretur; prædicatum autem utriusque enunciationis, quæ sequitur, negative (*ἀδύνατον* pro *δυνατὸν*) exprimeretur. Cæterum pro *νοεῖται*, sub finem sen-ten-

tentiæ, possis νοεῖσθαι desiderare, ut supra; sed & vulgatum percommode stare potest.

LXXI. Stob. Serm. XX. p. 173. (p. 384. ed. Schow.) ubi nude, quemadmodum plerisque aliis Fragmentis, præmittitur nomen Ἐπικτήτου. *Ibid.* προλέγειν, *prædicere,* nempe *ipse tibi.* ὅτι ἥμερος εἶ, id est, ὅτι Φύσει ἥμερον ζῶον, *ad mansuetudinem esse natum, a natura destinatum & invitatum ut mansuetus sis.* vide Diss. II. 10, 14. IV. 1, 121 & 126. IV. 5, 10. Habes apud eumdem Stobæum eodem Sermone XX. p. 171. (pag. 380 ed. Schow.) aliud *de Ira* sapiens utique præceptum, quod, quum *Arriano* tribuatur, vide ne ex Epicteti Dissertationibus ab Arriano digestis ductum sit. Est illud hujusmodi: Μεγαλόθυμοι πράως εἰσί τινες, ἡσυχῇ, καὶ οἷον ἀοργήτως πράττοντες ὅσα καὶ οἱ σφόδρα τῷ θυμῷ Φερόμενοι. Φυλακτέον οὖν καὶ τὸ τούτων ἁβλέπτημα, ὡς πολὺ χεῖρον ὂν τοῦ διατεινόμενον ὀργίζεσθαι· οὗτοι μὲν γὰρ ταχὺ κόρον τῆς τιμωρίας λαμβάνουσιν, οἱ δὲ εἰς μακρὸν παρατείνουσιν, ὡς οἱ λεπτῶς πυρέσσοντες.

LXXII. Est apud Stobæum, Serm. XXIX. περὶ Φιλοπονίας, p. 204. ubi citatur *Ex libro de Memorabilibus Epicteti;* de quo dictum supra ad Fragm. 53. Is titulus quo modo in Schowi græcis codicibus h. l. expressus sit, non habeo dicere; quoniam noluit vir doctus, aliis curis districtus, ut ipsius editio Stobæi, quam instituerat, ultra Sermonem XXVII progrederetur. In Gesneri editione prima, cum nude Ἐπικτήτου h. l. ad oram esset adnotatum, ipse Gesnerus sua manu in eo exemplo, quo utor, ex manuscripto codice, quem posthac nactus erat, adscripsit: Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου Ἀπομνημονευμάτων.

LXXIII — LXXV. Habes apud Stob. proxime post id, quod modo num. 72. positum est. Et ibi quidem, postquam superiori Fragmento nomen Epicteti erat adjectum, hæc tria nullum nomen auctoris adpositum habent. Quod Vptonum commovit, ut pariter, atque illud, Epicteti esse hæc putaret, & in Epicteti Fragmentis locaret. Non sunt autem Epicteti, sed Plutarchi; apud quem omnia tria leguntur in libello, Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, pag. 380. edit. Bas. 1574. Quare, ut huc non pertinentia, uncis inclusi. Habes eadem tria apud Maximum collecta, λογ. λβʹ. p. 193.

LXXVI. Quemadmodum tria præcedentia, sic & hoc primus Vptonus in Epicteti Fragmentis retulit; vereor, ne lubrico admodum fundamento nisus. Exstat apud Stobæum,

bæum, Serm. XXXIV. περὶ τοῦ Εὐκαίρως λέγειν, p. 213. ubi ſubjungitur Fragmento ex Epicteti Enchir. cap. 33. ducto, neque aliud nomen auctoris, e quo hoc ductum ſit, huic adjicitur: quæ res Vptonum commovit, ut ad eumdem Epictetum auctorem referendum hoc putaret. Ego, cum nihil Epictetei coloris in eo reperire mihi viderer, valde dubitavi, ſatisne recte huc relatum ſit, notamque † præpoſui, qua ſuſpicionem iſtam ſignificarem.

LXXVII. Eſt apud Stobæum, Serm. XXXV. p. 214. περὶ Βραχυλογίας. Et quidem in Gesneri ed. prima nude adnotabatur, Ἐπικτήτου eſſe hoc præceptum; in ed. 2. vero adnotatur, eſſe *ex Epicteti Enchiridio.* At in Enchiridio quidem nihil tale reperitur: ſed præmittitur hoc Fragmentum apud Stobæum & continuo tenore jungitur illis verbis Ἀπέστω δὲ τὸ πολὺ καὶ αὐτοῦ τινων ἔργων &c. quæ (nonnihil quidem mutata) leguntur in Enchir. cap. 33. 14. Quod in fine Fragm. ſcribitur λόγου, eſt e Gesneri emendatione, in marg. adnotata ab editore, pro ψόγου, quod in contextu legebatur. Cæterum nec in verbis præcedentibus (ἐᾶν δὲ τὸ λέγειν) ſatis emendata aut ſatis integra videtur eſſe oratio.

LXXVIII. Epicteto tribuitur apud Stob. Serm. XLIII. περὶ τῶν ἐν Πόλεσι δυνατῶν. p. 301.

LXXIX — LXXXVII. Epicteto tribuuntur apud Stobæum, Serm. XLIV. περὶ Ἀρχῆς, pag. 314 ſq. In Fragm. LXXIX. *aſteriſco* indicavi *defectum orationis*, quem diſſimulavit Vpt. cum Meibomio, perſpecte vero & Gesnerus & Wolfius in verſione ſuppleverant his fere verbis: *ſic rempublicam adminiſtraturus, regendæ civitatis rationem diſcito.* Quod vero in fine legitur πᾶσαν κυβερνᾷν πόλιν, vide ne corruptum ſit, oportueritque πᾶσαν κυβιστᾷν τὴν πόλιν, hâc ſententiâ: *nam id ni feceris, poteris, ſicut ibi totam navim, ſic hic univerſam civitatem præcipitem evertere.* πᾶσαν πόλιν, absque articulo, non eſt *totam urbem,* ut reddidit Vpt. cum Meib. ſed *quamvis urbem,* ut Wolfius, vel *quamvis civitatem.*

LXXX. σεαυτῷ πρῶτον &c. Verterat Wolfius, *te ipſum in primis illi dedicato, pulcherrimum - - monimentum;* in eamdem ſententiam Vpt. cum Meibomio; quaſi eſſet σεαυτὸν πρῶτον. Rectius Gesnerus: *te ipſum pulcherrimo manſuetudinis - - ornamento primum decores.* Cognati argumenti ſententiæ ſunt num. 81 ſq. & ſupra num. 46. Cujusmodi & ſunt illæ, quæ Democrito tribuuntur apud Antonium in Meliſſa, lib. I. λογ. ν'. p. 56. Τὰς μὲν πόλεις ἀναθή-

ἀναθήμασι, τὰς δὲ ψυχὰς μαθήμασι δεῖ κοσμεῖν. Et, Ταῖς μὲν πόλεσι τὰ τείχη, ταῖς δὲ ψυχαῖς ὁ ἐκ παιδείας νοῦς, κόσμον καὶ ἀσφάλειαν παρέχεται.

LXXXI. εἰ - - ὑψώσῃς, & αὐξήσῃς. Haud dubito, fore qui commode h. l. cum subjunctivo construi particulam εἰ condendant: ego secus existimo, ex librorum tractatione contrarium edoctus; nec dubito, aut ἂν ὑψώσῃς & αὐξήσῃς legendum esse, aut εἰ ὑψώσεις & αὐξήσεις: sed librorum ope destitutus, nil mutare volui. Conf. not. ad Fr. 175.

LXXXII. Initio Fragm. perperam legebatur Μὴ τοῖς τῆς ἐξ Εὐβ. operarum errore, ex Gesneri ed. 2. in reliquas propagato, & a Blancardo etiam, & Meib. & Vpt. adoptato. Recte vero articulum τῆς ignorabat cum Veneta Gesneriana prima, & Epicteti editio Basileensis. *Ibid.* ἐξ Εὐβοίας καὶ Σπάρτης. Celebre erat Carystium marmor ex Eubœa, de quo vide Strab. lib. X. p. 446. ed. Casaub. & Plin. Hist. Nat. lib. IV. cap. 12. sect. 21. & XXXVI. 6, 7 sq. Lapidis pretiosi, quem dabant lapicidinæ ad Tænarum in Laconia, quod nigrum marmor erat, meminit idem Strab. VIII. 367. & Plin. XXXVI. 18, 29.

LXXXIII. εἰ λέοντας ἐβούλου τρέφειν, *si leones nutriturus esses;* nempe, in spectaculis in arenam producendos. *Ibid.* ζωγρείων scripsi cum Meib. Reliqui omnes ζωγρίων, minus recte.

LXXXIV. αὖ ποιεῖν ἐπιχειρεῖ. Sic scripsi ex Wolfii conjectura, quam eamdem in latina versione jam Gesnerus & alii omnes interpretes expresserant. Vulgo in græco ποιεῖν legebatur, absque αὖ.

LXXXVI. πλῆθος ἀκρίτως αἰτοῦν τί σε. Vox ἀκρίτως, quam agnoscunt superiores editiones omnes, temere omissa erat in ed. Vptoni; operarum puto errore; nam in versione non erat prætermissa, sed his verbis *absque judicio* expressa. Pro αἰτοῦν τί σε, apud Stobæum αἰτοῦντί σε (junctis duabus primis vocibus) scribitur; sed in ora ed. Gesnerianæ primæ notatur, priorem vocem in duas αἰτοῦν τι esse dirimendam: & sic edidere Meib. & Vpt. τὶ τῶν ἰδίων Wolfius *aliquid suum* interpretatus erat: ego cum Meib. & Vpt. prætuli *aliquid rerum tuarum.*

LXXXIX — XCI. Epicteto tribuuntur apud Stobæum, Serm. CIX. περὶ Ἐλπίδος, p. 579. *In Fragm. LXXXIX.* ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, quod, ut diminutivum, colorem habet sermonis Epictetei, e margine Stobæi recepi, pro ἐκ μιᾶς ἀγκύρας, quod in contextu erat. Apud eumdem Stobæum

in fine fragmenti ἁρμοστέον edebatur, quod tenuit editor Basileensis Epicteti & Blancardus; perspecte vero Meibomius ὁρμιστέον correxit, quod est proprium verbum ubi *de navi* agitur *in ancoris stante:* id ipsum tenuit etiam Vpton. Idem verbum habes in cognati argumenti sententia, quæ in Demophili Similitudinibus legitur p. 618. ed. Galei, in hunc modum: Τὸ αὐτό ἐστιν, ἐξ ἀσθενοῦς ἀγκυρίου σκάφος ὁρμίζειν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα. *In Fragm. XC.* Vptonus οὐ δεῖ διαβαίνειν edidit, insertâ temere particulâ negativâ, quasi διαβαίνειν idem valeret ac παραβαίνειν; cum sit *diducere, extendere crura,* & διαβαίνειν τὰ δυνατὰ idem ac ἐπὶ τὰ δυνατὰ, *extendere crura ad attingenda ea quæ attingi possunt, extentis cruribus petere & complecti ea quæ attingi possunt;* vel i. q. διαβαίνειν κατὰ τὸ δυνατὸν, extendere quoad fieri potest, non ultra modum extendere.

XCI. Primus, quod sciam, sententiam hanc in Epicteti Fragmentis retulit Vptonus, cum apud Stobæum simul cum præcedente sententia absque alio auctoris nomine subjecta esset Fragmento 89. quod diserte ibidem Epicteto tribuitur. Cur autem idem Vptonus extrema verba, αὕτη πάρεστιν, quæ sic leguntur in omnibus Stobæi editionibus, in αὐτῇ παρέστη mutarit, caussam equidem nullam vidi; quare veterem restitui scripturam.

XCII. Habes apud Stob. Serm. CXX. qui inscrib. Σύγκρισις ζωῆς καὶ θανάτου, p. 607. & apud Antonium, Meliss. I. νη΄. περὶ θανάτου, p. 64. & ib. λογ. νε΄. p. 61. Vbique Epicteto tribuitur. Apud Antonium utroque loco τοῦ γὰρ κακῶς ζῇν, pro ζῇν κακῶς, scribitur: posteriori vero loco, in fine hæc verba adjiciunt: τύμβῳ γὰρ οὐδεὶς πιστὸς ἀνθρώπων φίλος. quæ quidem utique coloris Epictetei nihil habent.

XCIII—XCVI. Leguntur ibidem apud Stobæum.

XCIV. Verissimum habet colorem disputationum Epictetearum. *Ibid.* ὥς φησι Ξενοφῶν Φιλόζωος. Xenoph. Memorab. I. 4, 7. *Ibid.* Post vel ante τρίβειν τοὺς ὀδόντας τοὺς ἀλλοτρίους, alia quædam corporis ministeria commemorata ab Epicteto fuisse suspicor, quæ hîc prætermissa sunt. *Ibid.* νάττω τουτονὶ τὸν θύλακον. *Impleo, farcio saccum hunc;* scil. *corpus* vel *ventrem;* qua ratione Anaxarchus, a tyranno in mortario tusus, πτίσσε, inquit, τὸν Ἀναξάρχου θύλακον· αὐτὸν γὰρ οὐ πτίσσεις. apud Diog. Laërt. IX. 59. aliosque, quos ibi laudavit Menagius. Mendose τὸ θύλακον h. l. scriptum erat in ed. Vpt. Verbum νάττω vero sine caussa solicitavit Wolfius, σάττω utique

que legendum contendens. Sunt apud Ariſtoph. ἀμφορῆς νενασμένοι, *amphoræ vino repletæ*, Nub. 1205. Et apud Suidam, Νένακτο, ἐπεπλήρωτο, ἐκ τοῦ νάσσω, νάξω. Inde ναστόν· πυκνὸν, πλῆρες, μεστὸν &c.

XCV. Cum absque defectus ſignificatione vulgo ſcriberetur hoc Fragmentum, cuivis vel modica attentione perlegenti adparebat, aut corruptum eſſe initium, aut, ſi id recte ſe haberet, in ſequenti oratione complura quædam verba intercidiſſe. Gesnerus ſatis emendatum fore arbitrabatur, ſi initio, pro Ἐὰν νέος τελευτᾷ, Ἐὰν γέρων μὴ τελευτᾷ legeretur; quod ipſum & in ora ſignificavit ſe malle, & in latina verſione expreſſit his verbis, *Si quis ſenex non moriatur:* quam verſionem Vptonus revocavit, poſtquam Meibomius, in reddendis prioribus verbis nil a græco exemplo diſcedens, proxime ſequentia invertiſſet in hunc modum, *Cum juvenis e vita excedit, Deos incuſat, quod jam ſibi quieſcendum ſit, cum negotiis eſt implicitus.* At, quæ dehinc ſequuntur, ſatis declarant, de *ſene* ibi agi: nec tamen idcirco veriſimile eſt, initio fragmenti pro γέρων μὴ τελευτᾷ, temere a librariis νέος τελευτᾷ eſſe poſitum. Maxime vero probabile, mutilam eſſe orationem, & accidiſſe h. l. id quod perſæpe in Diſſertationum libris accidiſſe obſervavimus, ut, cum verbis nonnullis interjectis eadem dictio (ἐγκαλεῖ τοῖς θεοῖς) repetita occurreret, fugitivus librarii oculus ab eo loco, ubi primum ponebantur hæc verba, ad poſteriorem locum deſultarent; quo factum, ut verba interjecta feſtinante calamo homo ille prætermitteret. Et prætermiſſa eſſe nonnulla, præclare Wolfius viderat; quæ in latina verſione in hunc modum ex ingenio ſupplevit: *Si adoleſcens mortem obit, Deos accuſat, quaſi ante diem fato abreptus. Si ſenex curis & negotiis implicatur; queritur ſe tum eſſe occupatum, cum requieſcendum eſſet.* Et in ſubjecta Nota: „Mutilatus hic locus eſt, inquit; & ſic fortaſſis, ut aliquis ſaltem ſenſus elici queat, utcunque reſtitui poſſit: Ἐὰν νέος τελευτᾷ τὸν βίον, ἐγκαλεῖ τοῖς θεοῖς, ὅτι πρὸ ὥρας τελευτήσει, τῶν κατὰ βίον πράξεων ἄπειρος ὑπάρχων. ὅταν δὲ γέρων τις ὢν ἀσχολῆται, ὅτι δέον αὐτὸν ἀναπεπαῦσθαι, πράγματ' ἔχει." — Equidem poſterius membrum orationis tali quodam modo conceptum fuiſſe ſuſpicabar: ἐὰν δὲ γέρων τις ὢν μὴ τελευτᾷ τὸν βίον, ἐγκαλεῖ τοῖς θεοῖς, ὅτι, δέον αὐτὸν ἤδη ἀναπεπαῦσθαι, &c. Deinde quod ſequitur καὶ οὐδὲν ἧττον, particulam ἧττον, temere omiſſam in ſecunda Gesneriana aliisque Stobæi editionibus, itemque in Frag-

mentis a Blanc. Meib. & Vpt. editis, ex Gesneriana prima & Veneta restitui: eamdem particulam recte tenuit Epicteti editor Basileensis. Pro mendoso vero προσῆῃ, quod superiores dabant editiones, recte Vptonus cum Meibomio προσίῃ posuit.

XCVI. πάντῃ πάντως. Sic correxi, quemadmodum jam factum video ab Epicteti editore Basileensi. Perperam alii vulgo omnes παντὶ πάντως. Idem valet πάντῃ πάντως, atque παντάπασι, *usquequaque*, *quovis modo*, *omnino utique*. Videsis Lexicon nostrum Polybianum.

XCVII. Exstat apud Antonium, Melissæ lib. I. λογ. πβ'. περὶ Συνειδήσεως. p. 146. ubi diserte Epicteto tribuitur. Primus autem in Epicteti Fragmentis retulit Meibomius, ubi est num. CI. *Ibid.* παρέδοσαν correxit Meib. cum παρεδόθησαν legeretur in ed. Gesn. pro quo παρέδωκαν forte legendum esse monuerat idem Gesnerus in marg. *Ibid.* in fine. ἐχθροί, quod in ora Gesnerus notaverat, in contextum recepit idem Meib. pro ἔχθρας, quod ibi legebatur, quod fortasse ex δι' ἔχθρας decurtatum erat. Paulo ante vero pro ἀπάρεστον, quod vulgo legebatur, ἀπάρεστοι correxi, quoniam haud dubie ad sequens verbum δοσόμεθα referri debebat hoc nomen.

XCVIII. & XCIX. In Epicteti Fragmentis relatæ sunt duæ hæ sententiæ jam a Basileensi editore, & deinde a cæteris Fragmentorum Epicteti editoribus; lubrico quidem fundamento, &, rectius ut dicam, prorsus fallaci. Exstant apud Stobæum, Serm. XCII. p. 512. ibique citantur *Ex Epist. de Amicitia;* ubi quidem, quoniam alibi vidimus fragmenta nonnulla (num. 67 sqq.) ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας ducta, putarunt vitiose *Ex Epist.* scriptum, pro *Ex Epict.* At passim alibi pariter eodem modo citantur Fragmenta nonnulla *Ex Epist. de Amicitia*, quæ nemo ad Epictetum auctorem facile retulerit: ut Serm. LI. p. 357. Serm. LXXXIII. p. 481. Serm. XCV. p. 519. &c. Et, verum si quæris, non Epicteti, sed Plutarchi ista sunt; cui etiam tribuit Fabric. in Bibl. Græc. T. VIII. p. 721. Nempe ad reliquum titulum, qualem modo citavimus, diserte nonnumquam *Plutarchi* nomen adjectum est; veluti *Ex Epist. de Amicitia, Plutarchi;* Serm. XLIV. p. 313. *Plutarchi ex epist. de Amicitia;* Serm. XLVI. p. 326. & interdum nude Πλουτάρχου περὶ Φιλίας, ut in Eclog. Eth. lib. II. p. 199. qui Plutarchi libellus hodie quidem non superest, sed memoratur in Lampriæ Catalogo librorum patris sui Plutarchi, num. 82. πρὸς Βιθυνικὸν περὶ Φιλίας. apud Fabric.

bric. in Bibl. Gr. T. III. p. 337. In *Fragm. XCVIII.* pro ὕλῃ τι ὀς. ὕλῃ τινὶ ſcribendum ſuſpicatus erat Wolf. & deinde ἐπὶ πάντων, pro ἐπὶ παντός.

C. Quo fundamento ſententiola hæc in Epicteti Fragmentis relata ſit a Meibomio, &, qui ab hoc tenuit, Vptono, non video. Apud unum Antonium illud reperi, lib. I. λογ. ξδ'. περὶ Λογικοῦ καὶ Λογισμοῦ, p. 67. ubi diſerte Iſocrati auctori tribuitur.

CI. Ad Epictetum auctorem refertur apud Maximum, λογ. β'. περὶ Φρονήσεως. p. 67.

CII. Sub Epicteti nomine apud Antonium lib. I. λογ. ιγ'. p. 14. ponitur proxime poſt illam ſententiam, quam ſupra habuimus, num. 61.

CIII. Habet hoc Fragmentum, ſub Epicteti nomine, Maximus λογ. ιά. περὶ Κολακείας. p. 54. Habet etiam ſub eodem nomine Antonius, Meliſſ. I. νβ'. ubi tamen prætermiſſa ſunt verba ὅταν - - χρεία, & in fine iſta, καὶ τὰ τούτων &c. Denique exſtat & integra ſententia, ſub ejusdem Epicteti nomine, in Ἄνδρων ἐπισήμων Γνώμαις, inſertis in Scriptoribus Gnomicis, Baſileæ 1521. apud Frobenium editis; p. 178. ubi ſub finem καὶ τὰ τούτων ὄμματα ſcribitur, quod adoptavi, pro καὶ ταύτης ὄμματα, quod eſt apud Antonium. Cæterum eamdem ſententiam Antiſtheni tribuit Stobæus, Serm. XIV. p. 147. his verbis: Ἀντισθένης αἱρετώτερόν φησιν, εἰς κόρακας ἐμπεσεῖν, ἢ εἰς κόλακας. οἱ μὲν γὰρ ἀποθανόντος τὸ σῶμα, οἱ δὲ ζῶντος τὴν ψυχὴν λυμαίνονται.

CIV. Legitur apud Maximum, ibid. & in Ἄνδρων ἐπισήμων Γνώμαις, ibid. & utrobique quidem ſub Epicteti nomine. Legitur vero etiam, eisdem plane verbis, in Demophiii Similitudinibus, p. 618. edit. Galei.

CV. Apud Maximum, loco ſupra ad num. 103. citato.

CVI. & CVII. Epicteto tribuuntur apud Maximum, λογ. ιϛ'. περὶ Νουθεσίας, p. 121.

CVIII. & CIX. Habet Maximus, περὶ Ἐλεημοσύνης, λογ. ζ'. p. 173. præmiſſo titulo, Δημοκρίτου, Ἰσοκράτους καὶ Ἐπικτήτου: quod Vptonum commovit, ut in Epicteti Fragmentorum numero referret; lubrico, uti vides, fundamento; quare ut incerta, quod ad auctorem quidem adtinet, notavi. Et prius quidem, (num. CVIII.) apud Antonium, qui illud pariter habet lib. I. κζ'. p. 53. uni Democrito tribuitur; unde tamen rurſus nihil certi de auctore confici poteſt, ſive quoniam frequenter in iſtis Sententiarum Florilegiis duo nomina, Democriti & Democratis,

con-

confunduntur a librariis; (de quo Fabricius monuit in Bibl. Gr. T. I. p. 518.) five quod Democriti nomen poni ibi potuit tamquam initium tituli Collectionis illius fententiarum Democriti, Ifocratis & Epicteti, de qua in introitu harum Notarum dixi. Cæterum fi vera eft fcriptura ἐκ τῶν ἐόντων, quæ apud Antonium editur, ipfa dialectus Jonica vel Democritum vel Democratem (quorum utrumque ea dialecto fcripfiffe conftat) auctorem prodiderit. Vptonus vero, quo majori cum fpecie Epicteto tribui hoc fragmentum poffet, ἐκ τῶν ἐνόντων correxit, quam dictionem ab Epicteto in Enchir. cap. 13, 5. ufurpatam vidimus. At apud Maximum ἐκ τῶν ὄντων legitur, quod commodius, quam ἐκ τῶν ἐνόντων videtur. *Ibid.* μὴ διδοὺς δεομένῳ. Sic percommode cum apud Anton. tum apud Max. editur; pro quo nefcio cur μὴ διδοὺς δεομένοις pofuerit Vptonus. *In Fragm. CIX.* διαφθειρομένῳ χειμῶνος absque præpofitione legebatur apud Maximum, quod & Vptonus tenuit: ego utique præpofitionem ὑπὸ defiderari putavi.

CX — CXIII. Habet Antonius fub Epicteti nomine, in Meliff. lib. I. λογ. ιδ'. περὶ Ἁγνείας καὶ Σωφροσύνης, fimul cum aliis nonnullis fententiis, quarum prima ex Stobæo fupra prolata eft, num. 44. alia eft ex Enchir. cap. 21. In fine apud eumdem Antonium, nullo alio auctoris nomine præfixo, adjicitur fententiola hæc: Ὑπέκκαυμα ἐπιθυμίας, λόγος ἐρωτικός, i. e. *Fomes libidinis eft fermo amatorius.* *In Fragm. CX.* τὴν ἐπὶ τὸ καλὸν mendofe, ut mihi vifum erat, fcribebatur, quod in τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ ex conject. mutavi, & latine reddidi *quæ ex re honefta capitur.* Vulgatam fcripturam Vptonus cum vetere interprete fic reddiderat, *quæ finem honeftum proponat.* In *Fragm. CXII.* ex Antonii editionibus reftitui οἷόν τι δέλεαρ, cum τι pronomen temere ab Vptono effet prætermiffum. Cum *Fragm. CXIII.* confer illud, quod fupra num. 5. pofitum eft.

CXIV. Epicteto tribuitur apud Maximum, λογ. γ'. p. 167. Exhibetur vero etiam in Demophili Sententiis, p. 623. ed. Gal.

CXV — CXVII. Ad Epictetum auctorem referuntur apud Maximum, λογ. λ'. περὶ Μέθης, p. 192. Primum vero *(num. CXV.)* habet etiam Antonius, (lib. I. λογ. μα'. περὶ Μέθης, p. 50.) & quidem fub Πυθαγόρου nomine. Ibi, pro τὸν τρίτον, τὸν δὲ τρίτον fcribitur. Vptonus fua auctoritate τὸν δὲ δευτ. & τὸν δὲ τρίτον edidit, cum conjunctionem neutro loco haberet Maximus. In *Fragm. CXVI.* χολερὰ quid fit nefcio, quod ne græcum quidem effe videtur: χολερικὰ faltem oportebat. Sed vide, ne θολερὰ fcri-

fcriptum oportuerit, *fordida, immunda effuties:* nifi χολερὰ vel χολερικὰ ἀποφθέγξῃ idem valet ac ἐξεμέσεις ἃ οὐκ ἔπεψας, ut ait Epict. Enchir. c. 46, 2.

CXVIII & CXIX. Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου, apud Maximum, περὶ Μνήμης, λογ. νβ'. p. 203. Eft autem eadem fententia, quam num. CXVIII. pofuimus, prima in Sententiarum collectione illa, cujus (ex Bandinii Catal. Bibl. Laurent. T. II. p. 442.) mentionem fecimus in harum Notarum introitu; quæ collectio infcribitur, Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἔκ τε τοῦ Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτήτου καὶ ἑτέρων πολλῶν. Inde recepi pronomen σοι poft Ἀνανεούσθω, quod pronomen abeft apud Maximum.

CXX & CXXI. Ἐπικτήτου, apud Anton. περὶ Μνήμης, I. νδ'. p. 61. In *Fragm. CXX.* pro παρέστηκεν, quod eft apud Antonium, temere ἐφέστηκεν edidere Meib. & Upt.

CXXII — CXXVI. Epicteti, apud eumdem Anton. lib. I. λογ. ξζ'. περὶ Νόμου, p. 68. In *num. CXXII.* vulgo fic edebatur, ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν, absque negativa particula, quæ imperite omiffa eft ab homine, qui putaret, nudum verbum πάσχειν oppofitum effe verbo εὐεργετεῖν, & fignificare *mala pati.* At manifefte verbo εὐεργετεῖν ex adverfo opponitur εὖ πάσχειν, & ad πάσχειν h. l. e fuperiori verbo εὐεργετεῖν particula εὖ intelligi debet, qua in hac connexione non opus erat diferte adjecta: fed negativa particula omnino defiderabatur, quam ex conject. adjicere non dubitavi. Poterat autem perinde μὴ & οὐ poni, & poterat particula vel præponi pronomini αὐτοὶ, vel poftponi. In *Fr. CXXIII.* forte οἱ ἰατροὶ cum articulo fcribi debuit, ficut mox οἱ νόμοι.

CXXVII. Epicteto tribuitur apud Antonium, lib. I. λογ. κδ'. περὶ Φιλίας, p. 29. Eft vero etiam in Democratis Sententiis p. 631. ed. Galei. Rurfus autem Epicteto auctori tribuitur, in Ἀνδρῶν ἐπισήμων Γνώμαις, p. 178. ubi cum aliâ fententiâ, quæ infra num. 154. pofita eft, in hunc modum conjungitur: Ἐπίκτητος ἐν εὐτυχίᾳ φίλον εὑρεῖν εὐπορώτατον εἶπεν· ἐν δὲ δυστυχίᾳ, πάντων ἀπορώτατον. καὶ γὰρ ἡ τῶν περιστάσεων ἀνάγκη &c.

CXXVIII — CXXX. Ἐπικτήτου, apud Anton. περὶ Λύπης, lib. I. λόγ. οβ'. p. 73. *Fragmentum CXXX* habet etiam Maximus, περὶ Λύπης, λόγ. κη'. p. 191. ἐκ τῶν Ἐπικτήτου, Ἰσοκράτους, Δημοκρίτου; ubi eodem titulo tres aliæ junguntur Sententiæ, quas infra habes num. 158 — 160.

160. Hoc vero Fragm. CXXX. apud Maximum nude a verbo Ἐρωτηθεὶς incipit, omisso nomine Ἐπίκτητος.

CXXXI & CXXXII. Sub Epicteti nomine habet Antonius, Melissæ lib. II. λογ. ζ'. περὶ Δικαστῶν ἀδεκάστων. Ibi initio *Fr. CXXXI.* scribitur Μηδεὶς Φρονήμων, quod Meib. & Vpt. in Μηδεὶς Φρονίμων mutarunt. Ego Μηδεὶς Φρόνιμος ὢν prætuli. *Ibid.* Pro τοῖς Φαύλοις, perperam in Vptoni ed. (casune, an consilio, nescio) τοῖς Φίλοις legebatur; in versione quidem recte idem Vptonus *improbis concedere* tenuerat. In *Fragm. CXXXII.* ferri potest Οὐδὲν ἄλλο, sed utique Οὐδὲν μᾶλλον malim, aut Οὐδὲν ἄλλο μᾶλλον, quod interpretes expresserunt.

CXXXIII. In Fragmentorum Epicteti numero ponitur inde ab Epicteti editore Basil. qui illud habet p. 21. Nec tamen colorem habet Epicteteum, ac sine caussa prorsus ad hunc auctorem relatum est a Fragmentorum collectoribus. Exstat apud Stobæum, Serm. XCV. p. 519. ubi non ex Epicteto citatur, sed *ex Epist. de Amicitia;* cujus auctorem Plutarchum fuisse, supra docuimus ad Fragm. XCVIII. Itaque uncis illud inclusi. In ed. Gesneriana prima quidem & in Ven. mendose h. l. scribebatur Ἐκ τῆς ἐπιτομῆς τῆς περὶ Φιλίας, sed in exemplo quo utor Gesnerianæ primæ (fol. 457 verso.) sua manu Gesnerus ex manuscripto codice correxit ἐκ τῆς ἐπιστολῆς. Scripturam quod spectat: pro ἥκιστα δὲ πλούτῳ, Wolfio adsentior δ' ἐν πλούτῳ oportuisse; in ed. Ven. duplici errore δὲ πλουτῶν scribitur. Deinde pro πενίας ἀγαθὸν, malim τὸ πενίας ἀγαθὸν, cum articulo.

CXXXIV. Exstat apud Stobæum, Serm. CVI. p. 569. citaturque sub nomine *Rufi ex Epicteti dictis de Amicitia,* Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας, de quo titulo supra diximus ad Fragm. 67. Quod ait, Ὅτι τοιαύτη &c. intellige, Epictetum hæc commemorasse ut a Rufo dicta. *Ibid.* καὶ νὴ Δία. Forsan καὶ γὰρ νὴ Δία, quod & in versione expressum. Nam *divina* quæ dicit, *elementa* videtur intelligere. *Ibid.* ἐὰν πρὸς ταῦτά τις ἐπιχειρῇ τρέπειν τὸν νοῦν. Verbum τρέπειν ex Gesneri conjectura, ad oram adnotata, receperunt Meib. & Vpt. In contextu apud Stobæum ῥέπειν legitur, quod vide ne verum sit, τὸν νοῦν accipiendo pro κατὰ τὸν νοῦν vel τῷ νῷ. conf. Diss. III. 19, 3. *Ibid.* μουσικῶς, id est, εὐαρμόστως. cf. Fragm. 36.

CXXXV.

CXXXV. Est apud Stobæum ibid. sub nomine *Arriani Epicteti*, Ἀῤῥιανοῦ Ἐπικτητείου; quo indicari videtur, ductum esse ex aliquo librorum deperditorum Dissertationum Epicteti ab Arriano editarum. In verbis καὶ εὐλογίστως τὰ ἀπ' αὐτῶν aut deesse aliquid, aut corruptum esse videtur. Interpretes reddiderunt, quasi esset εὐλογ. χρῆται αὐτοῖς.

CXXXVI. Apud Stob. ibid. sub eodem nomine.

CXXXVII & sqq. Postquam præcedentia Fragmenta jam maximam partem primum ab Editore Epicteti Basileensi essent collecta; quibus dein Meibomius nonnulla, ab illo prætermissa, adjecerat aut interspersferat: ad extremum Vptonus hæc, quæ dehinc sequuntur, partim ex Antonio, partim e Maximo collecta, adjecit: quibus ipse illam Adnotationem præmisit: *Quæ sequuntur, partim Epicteto, partim aliis tribuuntur.* Duxerant nempe istarum Sententiarum plerasque Antonius atque Maximus ex *Collectione illa Sententiarum*, ex *Democrate*, (sive *Democrito*,) *Epicteto & Isocrate* excerptarum, de qua supra (initio harum Notarum) dictum est: quare major horum Fragmentorum pars haud satis certo documento ad Epictetum auctorem refertur.

CXXXVII & CXXXVIII. Habet hæc Fragmenta Maximus, λογ. ιγ'. περὶ Αὐταρκείας, p. 179. ubi citantur Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτους. Prius vero (num. CXXXVII.) in Ἄνδρων ἐπισήμων Γνώμαις Bas. apud Frob. 1521. editis diserte Epicteto tribuitur, his verbis: (p. 178.) Ἐπίκτητος, Ἡ αὐτάρκεια, ἔφη, καθάπερ ὁδὸς &c. Habet vero eamdem Sententiam eisdem verbis Stobæus quoque, Serm. V. περὶ Σωφροσύνης, p. 65. ubi in ora adjicitur nomen *Socrates*, quod vide ne ex *Isocrates* corruptum sit. conf. notata ad Fragm. 143 sq. Denique exhibetur eadem in Demophili Similitudinibus, p. 614. ed. Galei; ubi, cum pro πόνον in ms. Vat. mendose τόπον scriberetur, Lucas Holstenius, primus libelli illius editor, collata Stobæi lectione, πόνον correxit. Sequuntur vero apud Maximum loco cit. duæ aliæ sententiæ, quarum prior (Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς &c.) in Gnomicis veteribus, quos paulo ante citavi, diserte Epicteto tribuitur: id si recte factum, eodem jure altera etiam (Ξανθίππης &c.) ad eumdem auctorem referetur; quare utramque in Supplemento Fragmentorum num. 172 sq. exhibui.

CXXXIX & CXL. Habet Antonius, in Meliss. lib. I. λογ. κα'. περὶ Ἀληθείας, p. 26. ubi quidem utraque uni Epicte-

Epicteto tribui videri potest; sed quoniam in ora ante Ἐπικτήτου nomen proxime Δημοκρίτου scribitur, suspicari fas est, ductas esse e Collectione Sententiarum *ex Democr. Epict. & Isocr.* excerptarum: & verbum συγχέεται, quod in num. CXXXIX. habes pro συγχεῖται, auctorem prodit qui Jonica dialecto usus sit. Caeterum, quisnam sensus insit posteriori parti ejusdem fragmenti, obscurum. Pro μηδὲ, Gesnerus in ora „forte ἢ δὲ“ notaverat; & pro ἐκτὸς „forte ἐντὸς;“ quod posterius recepit Vptonus. Gesnerus sic interpretatus erat: *Nihil veritate pretiosius haberi debet: ne amicitia quidem, utpote obnoxia affectibus, qui quod justum est turbant & obumbrant.* Vptonus: *Nihil veritate pretiosius esto: neque amicitiae delectus affectibus obnoxius, qui* &c. Vide vero, ne duae diversae sententiae in unam confusae sint. Neque sequens *Fragm. CXL.* integrum satis emendatumque. Ad illa certe verba, ἀλλὰ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα, utique deesse aliquid videtur, quod in latina versione utcumque suppletum est.

CXLI. Apud Antonium, lib. II. λογ. ϱθ'. περὶ Παῤῥησίας, p. 145. editionis Gesneri legitur sub nomine Πυθαγόρου, ad praecedentem ibi Sententiam adjecto: in editione vero Wecheliana, Serm. LXVII. p. 252. citatur *Ex Epicteto & Isocrate.*

CXLII. Est apud Maximum, λογ. μϛ'. περὶ Γλωσσαλγίας, p. 201. ubi citatur ἐκ τῶν Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτους. Zenoni vero, Stoicorum patri, dictum hoc tribuit Laërtius VII. 23. Sic & Stobaeus, Serm. XXXVI. p. 215. nullo alio adjecto auctoris nomine: Ζήνων πρὸς τὸν πλείω λαλεῖν θέλοντα ἢ ἀκούειν· Νεανίσκε, εἶπεν, ἡ φύσις ἡμῖν γλῶτταν μὲν μίαν, δύο δὲ ὦτα παρέσχεν, ἵνα διπλάσιον ὧν λέγομεν, ἀκούωμεν.

CXLIII. & CXLIV. Habet haec Antonius, Melissae lib. I. λογ. μ'. περὶ Συνηθείας p. 146. ed. Gesn. adjecto nomine Σωκράτης; in editione Wecheliana vero p. 454. ad oram haec est nota: „*Socrates; al. ex Epicteto & Isocrate.*“ (conf. notata ad Fr. 137 sq.) In *num. CXLIII.* Οὐδὲν οὕτως scribebatur, ubi Gesnerus „forte ὄντως“ ad oram notaverat, quod recepit Vpton.

CXLV — CXLVIII. Habet Maximus, λογ. κγ'. περὶ Τιμῆς γονέων. p. 188. citatque ἐκ τοῦ Ἐπικτήτου Ἐγχειριδίου καὶ Ἰσοκράτους, ubi vox Ἐγχειριδίου fortasse ex Δημοκρίτου corrupta est: recte in Epicteti Enchiridio nulla

ex

ex eis sententiis reperitur, quæ apud Maximum ibi sub isto titulo collectæ sunt. Habet vero tres ex eisdem sententiis (num. CXLV. CXLVI. & CXLVIII.) etiam Antonius, in Melissa lib. II. λόγ. θ'. p. 91. & quidem sub uno nomine Ἐπικτήτου. In num. CXLV. υἱούς σου scripsi cum Antonio; ubi σου prætermiserat Vpt. cum Maximo. Ex eodem Antonio adjecta est pars posterior fragmenti, (κρείττους γὰρ &c.) quam non habet Maximus. *Fragm. CXLVI.* præter loca citata iterum legitur apud Anton. II. ιέ. p. 94. ubi pariter nude *Epicteto* tribuitur. *Num. CXLVII.* solus habet Maximus, l. c. Correxi autem corruptam ibi orationem; nam οὐδῶ δεῖ καταλιπεῖν scriptum erat, ubi μᾶλλον loco verbi δεῖ posui. *Num. CXLVIII.* totum habet Maximus; priora solum quatuor verba Antonius. Totum etiam legitur in Demophili Similitud. p. 614. ed. Gal. ubi pro Πατρὸς ὕβρις, Πατρὸς ἐπιτίμησις scribitur: eisdemque prorsus verbis exhibetur apud Stobæum, Serm. LXXXI. p. 472. ubi ad oram *Socratis* nomen adnotatum, puto pro *Isocratis*. cf. not. ad Fr. 143 sq. & ad Fr. 137 sq.

CXLIX. Habet Antonius lib. II. λογ. ιέ. p. 94. ubi solum nomen Σόλωνος adjectum; apud Maximum vero, λογ. κή. p. 184. tribuitur *Democrito*: quo minus video, cur huc ab Vptono relatum sit hoc fragmentum.

CL — CLII. Sunt apud Maximum, λογ. ιζ'. περὶ Παιδείας καὶ Φιλοσοφίας, p. 183. In num. *CLII.* insolentior est constructio superlativi, οὐδὲν κάλλιστον, sequente particula ὡς. Commodius expressam eamdem sententiam apud Antonium habes, lib. I. λογ. ν'. p. 56. Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τί τῶν ζώων κάλλιστον; ἔφη· ἄνθρωπος παιδείᾳ κεκοσμημένος. Ibi fragmentum hoc subjicitur duobus aliis, quibus Δημοκρίτου nomen adjectum est: ad hoc ipsum vero in ora adnotatum Σωκράτης.

CLIII. Uni Epicteto tribuitur apud Max. περὶ Φιλίας, λογ. ς. p. 172.

CLIV — CLVII. Habet Antonius lib. I. λογ. κδ'. περὶ Φιλίας, p. 29. & præcedit ibi ejusdem Epicteti sententia, ἐν εὐτυχίᾳ φίλον εὑρεῖν &c. quam (nescio qua caussa) ab his separavit Vptonus, & supra posuit num. 127. Isti sententiæ hæc, quam num CLIV. habemus, ita conjungitur in Ἀνδρῶν ἐπιστήμων Γνώμαις, p. 178. quasi arcte inter se cohærerent. Vide not. ad num. 127. *Num. CLVI.* pro Ἀπ' οὐδενὸς,

δενὸς, quod edebatur, Ὑπ' οὐδενὸς correxi, quod fermonis ufus defiderabat.

CLVIII — CLX. Habet Maximus, περὶ Λύπης, λογ. κη'. p. 191. ἐκ τῶν Ἐπικτήτου, Ἰσοκράτους, Δημοκρίτου. Conf. quæ notavi ad Fragm. 130. Quod *num. CLIX.* ait τὴν ἀπάθειαν, ὡς τὰ ἄλογα τῶν ζώων, alibi Epictetus nofter dicit, οὐ δεῖ με εἶναι ἀπαθῆ ὡς ἀνδριάντα, III. 2, 4. *Et vocabulum ἀπαθὴς in deteriorem partem quandoque accipi. monuit etiam Laërt. VII. 117. ubi. pro vulgato ἀτρέπτῳ, ἀτέγκτῳ legendum, ut docuit Menagius. Valet autem h. l. ἀπάθεια idem fere ac ἀναισθησία.*

CLXI. Legitur apud Antonium & hoc. & illud quod num. CLXVI. fequitur, lib. I. λογ. ο'. περὶ Εὐτυχίας, pag. 7[illegible]. utrique vero adfcriptum eft Κυψέλου nomen; fic & in ed. Wechel. p. 821. *Cypfeli Corinthii;* nec ullum Epicteti veftigium: ut nefciam, Vptonus quid fpectarit, cum hæc in Epicteti Fragmentis referret, qui tamen illud huc non retulit, quod ibidem fub eodem Cypfeli nomine duobus iftis præponitur: Εὐτυχῶν μέτριος ἴσθι, ἀτυχῶν δὲ φρόνιμος.

CLXII — CLXV. Rurfus temere hæc huc relata. Habet Antonius eodem loco, lib. I. λογ. ο'. p. 71. fed uni Democrito, non Epicteto, tribuit. Easdem vero quatuor Sententias inter Epicteti Fragmenta jam retulerat Meibomius, num. 118—121. *Num. CLXV.* δυσχεραίνει fcripferat Vptonus pro δυσχερανεῖ. quod ex Antonio reftitui.

CLXVI. Vide quæ ad Fragm. 161. modo adnotavimus. Legitur vero idem Fragm. etiam in Demophili Similitud. p 617. ed. Galei; ubi notavit Holftenius, tribui hanc Sententiam Euryphamo, antiquiffimo Pythagoreo, apud Stobæum Serm. 102. Et legitur ibi quidem (p. 555.) eadem utique fententia, fed aliis verbis aliâque verborum conftructione expreffa.

CLXVII & CLXVIII. Habet Maximus, περὶ Εὐτυχίας. λογ. ιη'. pag. 184. citatque ἐκ τῶν Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτους.

CLXIX & feqq. Hæc Fragmenta, quæ partim haud dubie ad Epictetum auctorem referuntur, partim probabili ratione ad eumdem referri poffe putavi, fubjicere eis, quæ ab Editore Epicteti Bafileenfi, a Meibomio & ab Vptono collecta funt, vifum eft. Primum hoc, quod *num. CLXIX.* pofui-

posuimus, legitur apud Stobæum in Eclog. Ethic. lib. II. p. 199. ed. Canteri, & adscriptum ibi habet nomen Ῥούφου ἐκ τῶν Ἐπικτήτου περὶ Φιλίας. quo de titulo vide quæ supra monuimus ad Fragm. 67. In ipso hoc fragm. in Stobæi editione, quam dixi, legebatur εὔροι εὐθυμία, pro quo εὔροια, εὐθυμία, nil cunctatus correxi. Quod deinde ait, ἡμᾶς συμψήφους χρὴ τῷ Θεῷ γενέσθαι, idem est quod alibi ὁμογνωμονεῖν τῷ Θεῷ dicit, II. 16, 42. II. 19, 26. Paulo post, quum abessent verba quæ uncis inclusi, sententiæ ratio non constabat: quod intelligens etiam Canterus, in græco quidem nil mutaverat, in latina vero versione, partim defectum adposito asterisco indicaverat, partim etiam voces nonnullas adjecerat, hoc modo: *quæ quidem in nostra sunt potestate*, *; *quæ autem non sunt* &c. Ego in græco etiam exemplo hiatum explere conatus sum, verbum ἐπιμελεῖσθαι adsciscens ex Dissert. I. 1, 12 & 14. Verba vero ex conjecturâ adjecta, uti par erat, uncis inclusi. Porro cum ἐπιστρέψαι mendose scriptum esset, ἐπιτρέψαι correxi. Quemadmodum Græci dicunt ἐπιτρέπειν τινὶ περί τινος, (qua forma Thucydides, Polybius, aliique utuntur) intelligendo τὴν κρίσιν, τὴν διοίκησιν, τὴν ἐπιμέλειαν περί τινος, sic & percommode τινὸς absque περὶ dici poterat. Cæterum conf. Diss. I. 12, 24.

CLXX & CLXXI. Apud Antonium quidem lib. I. λογ. ν΄. omisso *Epicteti* nomine legitur prius ex his fragmentis, & utrumque in ed. Tigur. in ora adscriptum habet solum Δημοκρίτου nomen; in ed. Wecheliana vero p. 704. adjicitur, in aliis codicibus easdem sententias citari *ex Democrate Isocrate, & Epicteto.* Sed in Ἀνδρῶν ἐπισήμων Γνώμαις (in Scriptoribus Gnomicis Basil. 1521. editis) p. 178. utrumque fragmentum diserte Epicteto tribuitur, & prius etiam eodem modo, quo posuimus, scribitur, Ἐπίκτητος νεανίσκου τινὸς &c.

CLXXII. Legitur hoc fragm. apud Maximum, λογ. ιγ΄. περὶ Αὐταρκείας, pag. 179. absque Epicteti nomine, his verbis: Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς &c. sed in Epicteti sententiis refertur in Gnom. vett. p. 178. eodem modo quo illud exhibui. conf. notata ad Fr. 137.

CLXXIII. Et hoc apud Maximum ibid. legitur, eodem titulo cum num. 137. 138. & 172. ἐκ τῶν Ἐπικτήτου καὶ Ἰσοκράτους. Quorum fragmentorum quum primum

 mum

mum & tertium diserte uni Epicteto tribuatur in Ἀνδρῶν ἐπισήμων Γνώμαις, quartum hoc ad eumdem auctorem referendum putavi. conf. not. ad Fr. 137.

CLXXIV. Habet pulcrum hoc Fragmentum Stobæus, Serm. XCV. qui Σύγκρισις πενίας καὶ πλούτου inscribitur, pag. 519. ubi citatur *ex Arriani Homilia Protreptica:* & in Græco quidem (in ed. Gesn. prima, & in Ven.) nude ἐκ τῶν Ἀῤῥιανοῦ legitur; in exemplo vero editionis Gesnerianæ primæ, quæ mihi ad manus est, (fol. 457 verso) sua manu Gesnerus ex cod. msto adnotavit Ἐκ τοῦ Ἀῤῥιανοῦ προτρεπτικῶν Ὁμιλιῶν. Erant autem hæ *Homiliæ* sive *Familiares Dissertationes Epicteti*, ab *Arriano* literis consignatæ editæque, quemadmodum quatuor illi Dissertationum libri, qui supersunt. (conf. Notata ad Titulum Dissert. I. 1.) Quare mirari subit, præteriisse hoc Fragmentum superiorum Editorum diligentiam; de cujus argumento conferendum caput XVII Enchiridii, aliaque loca in Notis ibi citata. De *Socrate* ab *Archelao*, Macedoniæ rege, invitato ut ad ipsum veniret, conf. Laërt. II. 25. Aristot. Rhet. II. 23. & Senec. de Benef. V. 6. Est inter Epistolas, quæ Socrati tribuuntur, a Leone Allatio editas, numero prima, qua Socratem multis verbis Archelao rescribentem inducit Sophista ille, cujus ex officina Epistolæ illæ olim prodierunt: eamdem epistolam latine conversam habes in Stanleii Hist. Philos. ex angl. in lat. translata, P. III. c. 18. Haud dubie lectori, cui paululum sapit palatum, magis probabitur responsum, quod apud Epictetum nunciis Archelai dat Socrates, regi perferendum: quem Stobæi locum si in promtu habuisset Bentleius, non erat eum prætermissurus, cum spurias esse illas Epistolas, Socratis nomini suppositas, doceret in Dissert. de Epistolis Socratis, quæ continetur in Opusc. Philol. Lipsiæ 1781 editis, p. 47 sq. De *Polo*, tragœdiarum actore, cum alii auctores consuli possunt, quos Fabricius laudavit Bibl. Græc. T. I. p. 688 sq. tum inprimis Aulus Gellius, lib. VII. c. 5. ubi *Histrio*, ait, *in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestus & vocis claritudine & venustate ceteris antestabat. Nomen fuisse aiunt Polum*, &c. Quod in fragm. nostro scribitur ὅτι οὐκ εὐφωνότερον οὐδὲν δι' ὧν ὁ Πῶλος, ferri id fortasse potest; sed vide, satisne sanum sit: mihi oborta suspicio erat, tali quodam modo scri-

ptum

ptum oportuiſſe: *οὐκ εὐφωνότερον, οὐδὲ διαπρεπέστερον,* vel *εὐπρεπέστερον, non commodiore voce, nec magis decore.* Mox deinde mendoſe *ἀλείτην* ſcriptum erat, pro *ἀλήτην* quod reſtitui. Pro *οὐλῇ,* quod cum accentu in ultima ſcribebatur, *οὔλῃ* penacute ſcripſi, ut uſus ferebat, utque eſt apud Homer. Odyſſ. T'. 225. unde ducta illa verba. Sub initium Fragmenti, olim *διά τι Ἀθήνησι* erat editum; ſed perſpecte jam viderat Gesnerus, *διότι* eſſe legendum, quod & in ora ab illo adnotatum, & in ed. Wechel. deinde in contextum receptum eſt.

CLXXV. Fragmentum hoc, quod veriſſimum Diſſertationum Epicteti colorem habet, legitur apud Stobæum, Serm. LXXVIII. *de Diis & Phyſiologia,* p. 466. adſcripto in ora nomine *Arriani Epicteti de Superfluo ſtudio;* ſic quidem in ed. Gesneriana ſecunda; in Wecheliana vero p. 714. *Arriani Epictetii de Superfluo ſtudio:* qui titulus græce in ed. Gesn. prima quidem, & in Veneta, nude ſic efferebatur, *Ἀῤῥιανοῦ Ἐπικτητίου:* quibus verbis in exemplo, quo utor, Gesnerianæ primæ ſua manu Gesnerus hæc adjecit, *πρὸς τὸν περὶ Περιουσίας* Priora verba rectius ſic ſcripta fuerint, *Ἀῤῥιανοῦ Ἐπικτητείου,* (quemadmodum apud Suidam ſcribitur, *Ἀῤῥιανὸς Νικομηδεύς, φιλόσοφος Ἐπικτήτειος*) ſcilicet, *Arriani, Epicteti diſcipuli, ejusdem qui Epicteti Diſputationes literis mandavit ediditque.* Idem cognomen Arriano noſtro apud eumdem Stobæum tribuitur Serm. CVI. p. 571. *Arriani Epictetei de Providentia,* *Ἀῤῥιανοῦ Ἐπικτητίου* (rectius *Ἐπικτητείου*) *ἐκ τοῦ περὶ Προνοίας,* ubi excerpta eſt pars diſputationis, quæ legitur in Diſſertationum ſuperſtitum Epicteti lib. I. cap. 6. vſ. 32 ſqq. Parique modo in Eclogis Phyſicis, pag. 6. ed. Canteri, (T. I. p. 71 ſq. edit. Heeren) ſub nomine *Ἀῤῥιανοῦ Ἐπικτητίου ἐκ τῶν περὶ Προνοίας* leguntur ea quæ hodieque habemus in eadem diſſertatione, lib. I. cap. 6. vſ. 1 — 11. Diſtinguit autem Stobæus iſto cognomine *Ἐπικτητίου* vel *Ἐπικτητείου* Arrianum noſtrum ab alio Arriano, e cujus ſcriptis idem Stobæus alibi Fragmenta nonnulla excerpſit; de quo vide quæ notavit doctus Eclogarum Phyſicarum editor Gœttingenſis T. II. p. 584. Poſteriora verba, quæ Gesneri manu græce adnotata dixi, nonnihil mendoſa eſſe adparet. Quodſi vocabulum *ἡ περιουσία* idem valeret ac *ἡ περιεργία,* ſu-

 ſpicari

ſpicari liceret, ad inſtar illius tituli ἐκ τῶν περὶ Προνοίας, de quo modo diximus, hoc loco ἐκ τῶν περὶ Περιουσίας ſcriptum oportuiſſe: ſed nec ἡ περιουσία ea notione (quod ſciam) uſurpatur, & correctio iſta a ſcriptura codicis nimis longe erat diſceſſura. Itaque conjectare par eſt, ſic fortaſſe ſcribi debuiſſe: Πρὸς τὸν ἐκ περιουσίας. quod potuerit eſſe initium tituli Diſſertationi cuidam Epictetez ab Arriano præmiſſi, qui titulus integer tali quodam modo conceptus eſſe potuerit: Πρὸς τὸν ἐκ περιουσίας περὶ τὴν Φυσιολογίαν ἐσπουδακότα, vel τὴν Φυσιολογίαν ἀσκοῦντα. *Ad eum qui ſuperflua opera Phyſiologiæ ſtudio incumbebat.* Nam Stobæi Sermo ſive Caput, in quo inſertum legitur hoc Fragmentum, ſic inſcriptum eſt. περὶ Θεῶν καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ κόσμον Φυσιολογίας. Eſt autem fragmentum hoc fortaſſe ex eadem Epicteti diſputatione ductum, e qua ſumta ſunt quæ A. Gellius habet XVII. 19. quæ in Fragmentis Epicteti num. 177. exhibemus.

In ipſo Fragm. ad ſcripturam quod adtinet, pauca quædam notanda ſunt. ἢ ἐξ ὁμοιομερῶν ex Geſneri conjectura ſcripſi, ad oram ed. primæ a docto illo editore ſignificata, & ab eodem in verſione expreſſa. In ed. Ven. & in contextu ed. Geſn. prima, mendoſe ἢ ἐξ ἀμέτρων ſcriptum erat, quod in ed. Geſn. ſec. & in Wechel. in ἢ ἐξ ἀμερῶν mutatum eſt. Ego, cum, quid inter ἀτόμων & ἀμερῶν intereſſet, non viderem, ὁμοιομερῶν probabilius judicavi. Deinde, pro εἰ - - ϑῇ τις, fortaſſe εἰ - - ϑείη τις oportebat; quamquam, in hujusmodi connexione ſubjunctivum verbi modum cum particula εἰ conſtrui poſſe, non negaverim. conf. Diſſ. IV, 4, 11. & not. ad Fr. 81. Mox, τῷ τοῦ Φιλοσόφου λόγῳ ex ed. Ven. & Geſn. prima reſtitui; mendoſe in Geſn. ſec. τῷ τῷ Φιλοσόφου erat; tum in ed. Wechel. τῷ Φιλοσόφου, omiſſo altero ex articulis. In poſtremis verbis, οὐκ ἂν ἐν τῇ προστάξει προσεῖχε τὸ ἐπιστραφῆναι, nil diſſentiunt libri ad hunc diem excuſſi. Geſnerus ad oram ed. primæ adnotaverat: „Græca videntur hic obſcura." tum in exemplo, quo utor, calamo adſcripſit „vel potius mutila." In prima editione idem ſic interpretatus erat, *nonne ſtatim juſſus ſe converteret?* in ſecunda, *nonne ſtatim ſe converſus intueretur?* Et equidem fateor, me græca iſta non expedire. Suſpicari ſubierat, προστάξει ex πράξει eſſe corruptum, quemadmo-

admodum passim verba προστάττειν & πράττειν a librariis confusa observavimus; deinde, pro τὸ ἐπιστραφῆναι, τῷ ἐπιστραφῆναι fortasse legendum: sed istæ quidem correctiones rem nondum erant confecturæ. Quod si ante τὸ ἐπιστραφῆναι insertum esset verbum ἐνεῖναι aut aliquod simile, plana sententia foret, *nonne animadverteret, in præcepto illo hoc contineri, ut in se ipse convertatur, ut ad se ipsum animum adtendat.*

CLXXVI. Habes apud M. Antoninum, εἰς Ἑαυτὸν, lib. IV. cap. 41. Aliæ sententiæ, quas ex Epicteto citavit idem M. Antoninus, lib. XI. cap. 34 — 36 supersunt partim in Enchiridio, partim in Dissertationibus.

CLXXVII. Est apud M. Antonin. XI. 37. qui ob oculos quidem potissimum habuisse videri potest Enchiridii cap. II. 2. sed, simul locum aliquem ex deperditis Dissertationum libris respexisse, vix dubitare licet.

CLXXVIII. Apud eumdem M. Antonin. XI. 38. quem respexisse ibi ad Dissert. III. 25, 3. suspicatus erat Vptonus: at manifestum videtur, alium Epicteti locum menti Antonini, cum hæc scriberet, esse obversatum.

CLXXIX. μέχρι τοῦ λόγου. μέχρι τῶν λογαρίων ait Epictetus, Dissert. II. 10, 29 sq. μέχρι λόγου, III. 24, 16. conf. titulum capitis 19. libri II. Quod deinde ex Epicteti Dissertatione aliqua, ab Arriano edita, refert A. Gellius de *homine, importunâ industriâ, cetera omnia præter animum procurante, qui physica adierat*, &c. fortasse ex eadem Dissertatione excerpta sunt, e quo illud Fragm. quod ex Stobæo paulo superius num. 175. retulimus. Tum quod scribitur *theoremata suspicari*, vide, ne *suscitare* oportuerit, id est, in medium proferre, agitare. Quæ sequuntur græca, vide, satisne sana aut integra sint. In veterioribus Gellii editionibus ᾗ ἦν σαπῇ legitur. Sub finem: *eaque sibi imperando atque observando curet.* An, *imperanda atque observanda? Ibid.* Ἀνέχου καὶ Ἀπέχου. Vide Notata ad IV. 4, 18. Mirari se professi sunt docti nonnulli viri, præceptum hoc non fuisse in Enchiridion ab Arriano relatum. At,

 licet

licet brevis sententiola eisdem verbis concepta non legatur in illo libello, ipsius tamen præcepti vis eodem in libello multis in locis satis inculcatur.

CLXXXI. *Aliquid & sine ratione faciendum est.* Nempe, ubi Ratio deficit, ibi solâ fiduciâ in Deum repositâ, & obsequio voluntati ejus, ab ipso declaratæ, unice subjecto agendum est. Confer Enchir. XXXII. 3. ubi præcipit, de eis rebus Deum esse consulendum, ubi agendum nobis est, nec tamen, quid consilii capiamus, ulla ratione aut arte humana adsequi valemus; ubi *οὔτε ἐκ λόγου, οὔτε ἐκ τέχνης τινὸς ἄλλης, ἀφορμαὶ δίδονται πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ προκείμενον.*

FINIS NOTARUM ET EMENDATIONUM AD EPICTETI FRAGMENTA.

INDEX

INDEX GRÆCITATIS
IN
EPICTETI DISSERTATIONES,
ENCHIRIDION ET FRAGMENTA;
QVI SIMVL
INDICIS RERVM ET SENTENTIARVM
LOCVM POSSIT TENERE.

Πρῶτον δεῖ σε τοῖς ὀνόμασι παρακολουθεῖν. Epict.

Ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται τὰ πράγματα. Plato.

INDEX GRÆCITATIS
IN
EPICTETI DISSERTATIONES, ENCHIRIDION, ET FRAGMENTA.

Nota. *Tres numeri absque nota literali positi*, Dissertationes *indicant: primus Librum, alter Caput, tertius Sectionem vel Versum capitis.* En. *denotat* Enchiridion *vel* Manuale; Fr. *indicat* Fragmenta. *Adjecta litera* n. *significat, de ea voce vel phrasi in* Notis *esse disputatum.*

A.

σου καὶ ἄγνωμον, I. 11, 24. υἱὸς ἀγνώμων, filius ingratus, IV. 5, 33.

Ἀγοῦ δέ μ', ὦ Ζεῦ, *&c.* *Vide in* Ἄγειν.

Ἀγράμματος, illiteratus, II. 14, 15. *Sic correxi* III. 19, 6. *ubi olim* ἀγραμματικός.

Ἀγραμμάτως, illiterate, contra artis grammaticæ rationem, II. 9, 10.

Ἀγριαίνειν, irâ furere, sævire, Fr. 34. n.

Ἀγρίδιον, agellus, II. 2, 17. III. 5, 3. IV. 1, 111. IV. 5, 15.

Ἄγροικος, inurbanus, agrestis. ταῦτα μωρὰ καὶ ἄγροικα, II. 23, 33.

Ἀγύμναστος, inexercitatus. περὶ τὴν χρῆσιν αὐτῶν ἀγύμναστοί ἐσμεν, II. 12, 1. ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἀγύμναστός εἰμι, IV. 12, 13. ὑπολήψεις ἀγύμναστοι, καὶ οὐκ εἰθισμέναι ἀπαντᾷν ἐπὶ τὰ ἔργα, IV. 6, 14.

Ἀγύρτης, ὁ, præstigiator, circulator, IV. 8, 4.

Ἀγωγὸς, ad adducendum valens, adliciendi vim habens, II. 14, 3. *n.* III. 22, 89. En. 34. sub finem, in var. lect. *Conf.* Ἄγειν, *&* Ἐπαγωγός.

Ἀγὼν, certamen. οὐκ ἀποκνητέον τὸν ἀγῶνα τὸν μέγιστον ἀγωνιζομένοις, III. 25, 2. νῦν ὁ ἀγὼν, καὶ ἤδη πάρεστι τὰ ὀλύμπια, En. 51, 2. ἀγῶνα ψυχρὸν καὶ ταλαίπωρον, III. 22, 51. *ubi tamen videtur* ἀταλαίπωρον *legendum.*

